

1792,7
382

DISSERTATIO IVRIDICA INAVGVRALIS
ELECTIONE FORI
INTER
SVMMA IMPERII TRIBVNALIA PACTO
INTER STATVS S. R. I. LITIGANTES IN
PERPETVVM NON DEFINIENDA.

QVAM
SVB AVSPICIIIS AVGVSTISSIMIS REGIIS
EX AVCTORITATE
INCLYTI IVRIS CONSVLTORVM ORDINIS

PRO
SVMMIS IN VTROQUE IVRE HONORIBVS
RITE CAPESSENDIS
DIE XV. OCTOBRIS MDCCXCII
ERVDITORVM DISQUISIONI

SVBMITTIT
SIGISMUNDVS PAVLVS HIEPE
WEZLARIENSIS.

GOTTINGAE,
LITTERIS IOANNIS GEORGII ROSENBUSCH.
Acad. Typogr.

DIESE RÄTATÖ TURCHI A MANGARIA
EFFECTIOINE FORTI

INTER SUMMA THERMI THERMIAV PACTO
TUTER STVTAZ S R T THERMIAE IN
PREFELIAV NON DEFINENDA

DE AVANTAGE DE GESTISSES RAYAS
INCIVITATI VARIS CONSALTOVAN ORDINIS
SUMMA IN ATRIOAE VIRE HORUM
EX ECTOVLIS HICCOV
IRADIKALV DISOLVITIONI

SPIRITUALIS PAETI HIC
SAYMITS

GOTTINOV
THERMIAE CLODORI RODINUS

temporibus brachiorum ciborumq; in causa coegerintur, quod per hanc
temporis minoris numeris, perhincus etiam illas leges, cum illi tempore
tempore rursum, sicut in causa causarum, causa rationibus, tunc etiam tempore
tempore minoris numeris, perhincus etiam illas leges, cum illi tempore
tempore rursum, sicut in causa causarum, causa rationibus, tunc etiam tempore

SECTIO I.

Generalia de electione fori.

CAP. I.

De electione fori ex jure publico spectata.

§. I.

De electione fori acturus haud alienum a scopo existimo, si de
recta vocabulorum significatione nonnulla praemittam, quibus
lectoribus constet, quid praesertim sub hisce vocibus sit intelligendum,
qualisque iis insit pro dissertatione fine significatus. Id quod eo magis
puto necessarium, cum vocabula sint ambigua, variamque recipiant
explicationem. Praesertim hic occurrit vox *electionis*, quae indigit
*liberum arbitrium inter duo plurave obiecta mihi oblata unum vel
alterum adoptandi*. In jure romano vocatur et *optio*, quae regulariter
idem est ac *electio*, quamvis contradistinguantur invicem *optio*
et *electio* per *L. 2. et rubr. D. de opt. et elect. leg.* plurimumque *Ictorum*
sit sententia hosce terminos esse a se invicem distinctos. Quorum
rationes earumque refutationes allegare nec hujus loci nec necessarium
esse credo, et curiositati intentum lectorum ablego ad tractationem
celeberrimi *GEBAUERI a) Prögredior ad vocabulum fori*, quod est

a) de optione et electione legata, cap. 3.

est tam latae significationis et usus, ut proposito meo haud conveniat, omnes illius varios significatus recensere; est tamen eorum praecipue iste hujus loci, quo denotatur, *locus, in quo iudicia haberi solent.* Nam ut M. TERENTIUS VARRO *b)* scribit, forum appellarunt, quo conferrent suas controversias. Et ISIDORUS *c)* dicit: *Forum esse exercendarum litium locum a fando dictum.* Plura huc spectantia vide apud BRISSONIUM *d)* et IOANNEM ROSINUM *e).*

S. II.

Omnibus iis, quae ad electionem et variationem fori quoad jus commune pertinent, omissis, quoniam illud angustis opusculi finibus plane repugnaret; statim disquirendum esse puto, num etiam in sensu juris publici S. R. I. G. electio fori sese exferat, eaque ratione ullum praebat usum. Cuilibet, me non monente, facile in mentem vident *Auftraegarum* iudicia ab antiquis temporibus observantia et legibus in Germania introducta, in quibus sane aliquid *electionis* occurrit. Quodsi enim Auftraegas vel legales vel conventionales vel denique privilegiatos spectaveris; semper penes actorem libera est electio, quemnam ex pluribus Auftraegis vel pacto aut privilegio determinatis vel a reo nominatis judicem eligere velit. Quod enim praecipue ad legales attinet; nonnullae introductae sunt viae *f)*, inter quas actori competit electio. Sic princeps (quo nomine hic etiam electores, imo et principali dignitate condecorati, qui vocantur *fürstennässige*, subintelligendi sunt) ab altero principe conventus quatuor aequales nominare tenetur, e quibus actor unum eligere solet judicem auftraegalem. Omnes vero alii adversus principem agentes octuplici gaudent variato modo, ita ut ex octo viis electio iis sit concessa. Cum autem praelati, comites ac nobiles immediati jure utantur Auftraegarum, actori est relictum, num vel e tribus principibus a reo nominatis unum eli-

b) de lingua latina L. IV.

c) Origin. L. XVIII, cap. 15. p. 442.

d) de verbor. signif. L. VI. p. 368. b.

e) in antiquitat. Roman. L. IV. cap. 7.

f) Conc. Ord. Cam. P. II. Tit. 2. 3. 4 & 5.

gere, vel ab Imperatore commissionem petere malit austraegalem. Quin immo si reus ad requisitionem actoris ad forum austraegale provocantis unum dntaxat principem nominasset, actor non tenetur ad novam requisitionem, sed quia legi certain formam observandam prescribenti fatisfactum non est, elapsi mensis spatio, causa ad Cameram imperiale directe devolvi potest, ita ut supplicant de legitima requisitione facta docenti, processus decernantur. Ideo in hoc quoque casu competit actori libera electio, utrum ad nominationem principis legitimam aliaque requisita observanda reum compellere, an statim ad summa tribunalia confugere velit. Quibus ex dictis, austraegas efficere peculiare electionis fori ex jure publico descendens exemplum, constitutioni Germaniae proprium, nec ex jure communi derivandum, satis appetet.

§. III.

Porro haud pereram hic referuntur *judicia provincialia Caesarea*, quae ex antiqua rei judicariae formula tam in Suevia, quam in Franconia adhuc supersunt, et auctoritate Caesarea intra certos et definitos limites exercent jurisdictionem primae instantiae tum in immediatos cum supremis imperii tribunalibus tum in mediatos cum territoriali eorum judge concurrentem, nisi status Imperii sibi suisque subditis per privilegia de non appellando prospexerint, quae tamen in nonnullis reservatis vulgo die *Ehehaften* dictis effectu carent g). Facile igitur patet contra reum in definitis judiciorum provincialium tractibus degentem actori competere electionem fori, utrum mediatum coram magistratu ejus ordinario, immediatum coram supremis imperii tribunalibus, an utrumque in judicio provinciali convenire velit. Ab hoc tamen semper in superiori instantia deinde ad summa imperii judicia patet aditus.

§. IV.

Aliud adhuc electionis fori memorandum exemplum in legibus quidem imperii fundamentalibus sancitum occurrit in causis *fratiae pacis*

g) Rothweil. Hofgerichtsordnung von 1572. Part. 2. Tit. 5.

cis publicae, si contra eos, qui pacifragii vel praestiti eidem auxiliis suspecti sunt, ad purgandum procedi debet. Tunc enim ejusdem est effectus, utrum actor contra violatorem pacis publicae, illiusque adjuatores coram Imperatore, an coram Camera imperiali, an coram magistratu reorum ordinario agere velit. Sic nempe disponit ordinatio de pace publica A. C. MDXXI. in comitiis Wormatiensibus lata ^{h)}. „Wo aber jemand den andern beschuldigen, und ihm des weisen „wollt, das mag er vor unserm kaysерlichen Cammergericht, auch „an ordentlichem Gericht, dahin solche Sachen gehören, thun und „fürnehmen, daselbst ihm auch furderlich verholzen werden soll.“ Potiorem adhuc hujus fori electionis declarationem et extensionem continet pax publica in comitiis Augustanis A. C. MDXLVIII. confirmata et promulgata ⁱ⁾ verbis „... der Beschaedigt gut Fug und Macht ha- „ben soll den, der also der That oder des Zuschreibens oder Zusehens „verdacht, vor seinem des Verdachten ordentlichen Richter oder aber „vor Uns oder unsers Abwesens aus dem Reich, unserm lieben Bru- „der dem Röm. Koenig oder unserm kayserl. Cammergericht, Ent- „schuldigung mit dem Eyd zu thun, fürzunehmen: Doch dass er dem „Richter, den er erwachsen würde etc.“ Quae omnia iisdem fere verbis repetita sunt in ordinatione judicij cameralis de A. MDLV. ^{k)} ut et in concepto renovatae ordinatio cameralis ^{l)}. Semper igitur adversus suspectum de pace publica, si ad purgandum procedere opus est, actor habet tres judices, aut Imperatorem, aut Cameram, aut magistratum ordinarium, ex quibus unum pro libitu eligere potest. Nec obstat Recessus Imp. Augustanus de A. MDLIX ^{m)} in quo, cum de purgatione eorum, qui pacifragii aut ejus auxilii suspecti sunt, sermo sit, judicis ordinarii nulla facta est mentio. Namque conceptum ordinatio cameralis l. c. tamen triplex istud judicium alternativum retinuit.

§. V.

^{h)} *Ordnung des Landfriedens zu Worms A. 1521 aufgerichtet*, Tit. 7. §. 3.
in noviss. edit. Corp. Recess. Imp. P. II. p. 197. seqq.

ⁱ⁾ Tit. 14. §. 1. in Corp. Rec. Imp. P. II. p. 579.

^{k)} Part. II. Tit. 10. §. 1.

^{l)} Part. II. Tit. 11. pr. in SCHMAUSSII Corp. J. P. Acad. p. 602. edit. 4tae.

^{m)} §. 29. in Corp. R. I. Part. III. p. 168.

§. V.

Sed ante omnia hic eximia et notissima electionis fori species in constitutione Germaniae expressisque imperii legibus fundata nobis se fuit, puta, ambo iudicia Imperii tum Camera scilicet imperialis, tum Consilium Imperatoris aulicum, quae quatenus ceu duo suprema in imperio tribunalia considerantur, concurrentem inter se invicem habent jurisdictionem, sive quis per modum simplicis querelae sive applicationis agere velit. Aequali enim potestate a Caesare statibusque imperii utrumque judicium ornatum est, nec Camera imperialis, licet prius sit constituta, quam Senatus imperii aulicus, majori gaudet praerogativa. Cum itaque, ubicunque concurrens est jurisdictio, in actoris arbitrio et voluntate positum sit, quem judicem ex duobus aut pluribus concurrentibus adire praevenientemque in sua causa reddere velit; me haud monente facile liquet, tam omnes et singulos Imperii statutus ut et reliquos immediatos, quam etiam cives mediatos actores liberam habere electionem fori, ad quodnam horum imperii supremorum tribunalium fese convertere velint. Sin vero ejusmodi optio locum debet obtinere, Imperii judiciorum jurisdictio vel in prima vel in secunda instantia sit fundata et persona convenienda aut causa ventilanda non ita sit compara, ut hocce arbitrium cessare faciat, necesse est. Illa autem concurrentia inde deduci potest, quod camera representat Imperatorem, eamque ob causam illius jurisdictio adaequata sive aequalis est jurisdictioni Imperatoris, aut ut alii loquuntur, jurisdictio Cameræ et Imperatoris est concurrens, seu Camera cum Imperatore seu potius cum ipsis iudicio aulico, quod Caesar cum semetipso concurrere nequit, concurrentem habet jurisdictionem, quod procul dubio agnitus est in legibus Imperii fundamentalibus ⁿ⁾). Concurrit enim jurisdictio (contentiosa de qua hic mihi in primis sermo est) dicitur potestas eandem rem controversam disceptandi duobus pluribusve iudicibus aequali iure concessa. Ast obstat forte, quod judicium aulicum a solo Imperatore, Camera vero ab Imperatore et statibus Imperii sit constituta et jurisdictionem habeat; ergo utriusque potestas jus dicendi aequalis esse negat queat.

ⁿ⁾ e. g. in Ord. consil. Imp. aul. de 1654. Tit. II. §. 8. in I. P. O. art. 5.
§. 56. Cap. caef. nov. art. 18. §. 5. et 10.

queat. Sed respondeo: quamvis solus Imperator judicium aulicum constitutat eique jurisdictionem tribuat, tamen istam constituendi et tribuendi potestatem habetab Imperio concessam. Atque sic unam eandemque jurisdictionem Judicium aulicum mediate, Camera autem immediate ab Imperio habet. Praeterea quamquam ob concurrentiam jurisdictionis unius ejusdemque litis disceptatio coram diversis judiciis suscipi possit, attamen ab uno suscepit alius iudex avocare aut de eadem simul in suo iudicio cognoscere minime potest, quoniam ubi lis semel, et quidem prius suscepit, ibi quoque finiri debet. Sic etiam archidi-casteriorum Imperii jurisdictione fundatur per praeventionem nec lite se-mel in uno copta adhuc electio vel variatio fori permittitur, quod et ratione duarum plurimorum causarum connexarum valet, quae ad diver-sa tribunalia distrahere haud licet, nisi forte causus iustiti cesserat faciat praeventionis effectus, alterumque Imperii judicium causas in tribunali turbato pendentes continuare patiatur.

S. VI.

Firma quidem et perpetua stat regula, quod summis Imperii tribunibus concurrens sit jurisdictione, et in quoconque casu actori com-petat electio fori, coram quo reum convenire velit. Quemadmodum vero nulla facile inventur regula sine exceptione, haud mirum arbitrор, etiam hic dari casus, in quibus cessat electio fori, reusque conve-niendum causaque in jus deducenda ex legis dispositione exclusive vel ad Cameram imperii vel ad Consilium pertinet aulicum. Sic summo-rum Imperii tribunalium qualiacunque membra, inclusis etiam accessio-riis personis, uti merito forum privilegiatum habent, ita hanc quo-que singularem jurisdictionis speciem utrumque tribunal in sua cujus-que membra privative exercet. Id quod non solum disponit Ordinatio cameralis ejusque conceptum verbis... „auch anderer Gerichtszwaenge „frey seyn und damit durch niemands in kein Weg beschwert werden“ quod iisdem fere verbis repetitum est in R. I. N. sed et Ordinatio ju-dicij Imperii aulici ubi „.. und andern Gerichtzwang frey und in un-der Kayserlichen Schutz und Protection begriffen leynd“ o). Quibus

ex

^{o)} O. C. 1555. P. I. Tit. 49. §. I. C. O. C. P. I. Tit. 63. pr. R. I. N. §. 141. Ord. jud. imp. aul. Tit. I. §. 8.

ex dictis personas camerales nulla alia jurisdictione praeterquam camerale praegravari debere apparet, et vice versa, cum verba citata sint universaliter negantia, omnesque alias excludant jurisdictiones. Quoad bona feudalia autem distinguendum est inter feuda, quae sunt principatus, ducatus, comitatus etc, atque reliqua feuda inferiora. Si illa in totum et per definitivam alterutri parti sunt auferenda, tunc illorum cognitionem sibi reservavit Imperator. Sin autem de feudis minoribus, item de territoriis non feudalibus, aut de parte tantum territorii, vel modo non definitive de ipso territorio feudove Imperii agatur; concurrens jurisdictione sane Camerae competit imperiali, nec nisi injuria a quibusdam ^{l)}(tis p) omnes causas feudales Imperii indistincte a Senatu aulico esse decidendas contenditur. Huic enim opinioni omnino opitulatur non modo constans obseruantia, sed et expressa legis dispositio, nimur ordinatio Regimenti de A. C. MDXXI, et ordinatio cameralis q)

ubi... "ob auch Sachen fürsielen, Fürstenthum, Herzogthum, Grafschafta etc. belangend, so vom Reich zu Lehen röhren, so einem Theil gänzlich und endlich abgesprochen werden sollen, derselbigen Erkändtnis wollen wir uns als Römischer Kayser... vorbehalten haben" quibus verbis alia subjici non potest interpretatio, quam quod in omnibus causis feudalibus, nisi in casu excepto utrumque imperii forum aequa sit competens r)

nec non actori competit electio, quod et status Imperii agnoverunt s), et Camerae judicium interdum strenue defendit t). Cum vero Senatus aulicus Imperatori simul sit a consiliis, facile intelligendum, cur *causae Italicae* privative ad illum pertineant earumque concurrentia cesseret cum Camera imperiali, quae sole-

p) Potissimum VINC. HANZELY *Anleitung zur neuesten R. H. R. praxis.*
Vol. I. p. 173.

q) Part. II. Tit. 7. §. unic.

r) ill. BOEHMER principia jur. feud. §. 474.

s) L. B. DE HARPRECHT im *Staatsarchiv des Cammergerichts* P. I. p. 91.
P. III. p. 95. P. IV. S. 2. p. 21. P. V. p. 24.

t) V. e. g. MOSER in *merkwürdigen R. H. R. conclusis* T. I. p. 400. et
perill. *Assessorum de ALBINI et de CRAMER observata ad C. O. C. P. II.*

solummodo tanquam tribunal supremum Germanicum consideratur. Ex pari ratione *interpretationem privilegii caesarei authenticam Cameræ judicium*, licet ob illius violationem cum Senatu aulico concurrat, simpliciter remittere oportet ad Imperatorem, qui et *in rebus gratiae* Senatui aulico reservavit cognitionem. *Judicem austragalem et commissiones ad Austragias modo ab illo decerni per normas Imperii cautum est*, ideoque laud controvertitur. Caeteroquin vero de *reservatis caesareis* Imperator quidem in suo ipsius judicio potest judicare, sed nihil tamen impedit, quo minus id in judicio Camerali pariter ac in consilio imperiali aulico fieri possit. Quibus ex dictis nonnullos solum casus obstare regulæ concurrentem judiciis Imperii supremis esse jurisdictionem auctorique competere electionem liquet, quos latius recensere uti haud ex re mihi visum est, ita quoque fini opusculi minime convenit.

C A P. II.

Quaenam sit electio fori pacitiae.

S. VII.

Ex multifariis pacti distinctionibus illam modo depromere sufficit, vi cuius pactum dividitur in *personale* et *reale*. Personale sive in personam vocatur, quod ad personas paciscentium restringitur, nec ad illorum heredes pertinet; reale autem sive in rem est id, quod non restringitur ad personas paciscentes, sed ad earum quoque heredes spectat *u*), licet illorum nulla facta sit mentio. Utrum pactum personale sit, an reale? non tam ex verbis, quam ex mente paciscentium aestimandum erit; in dubio tamen reale potius judicatur, quod quilibet non tantum sibi, sed et heredibus suis cavere praefumitur. Ad realia referuntur plerumque 1) omnia pacta de rebus praeteritis et praesentibus inita 2) omnia, quae ob aequipollens jam acceptatum sunt promissa 3) promissa eorum, quae jam jure naturae debentur et tandem 4) ea, quae ob omnium utilitatem ex nexus aliquo sociali observanda

u) L. 7. §. 8. D. de pacitis.

veniunt. Quoties circa omnia haec et similia conventio initur, essentialibus pacti cujuscunque requisitis alias non deficientibus, reale dici debet pactum, et ut hoc in perpetuum duret, secundum naturam negotii et praesumptivam pacientium opinionem juris est. Sin vero ad finem utriusque parti utilem obtinendum, qui ratione heredum talis verosimiliter non est, agitur; tunc pactum temporale seu personale appellari debet, quod solummodo personam contrahentis adstringit, quamdiu non odiosum evadit; cuius rei decisio an conuentionis continua pacientium, et si inter principes condita fuit, publicae saluti utilis an noxia sit, cujusque judicio relinquenda est. Hinc si cessat ratio salutis, propter quam initum fuit pactum, a tali recedere aequum mihi videtur, nec unquam jure contendи potest, quod quis ejusmodi pactum in aeternum inire, eoque successores, quibus illud forsan parum commodi, aut potius detrimentum affert, adstringere queat. Sic conciliandi sunt autores, qui semper fidei pacitiae conseruationem defendunt, ideoque ad multas exceptiones indeterminatas et ineptas confugere coacti sunt v).

S. VIII.

Secundum juris communis dispositionem, de omnibus rebus et factis quaelibet pacisci posse, et ratione objecti omnia pacta inter personas idoneas inita maxime esse valida constat, nisi nonnulla concernant prohibita, ideoque obstant legibus desuper latis. De omnibus igitur, quaenam modo excogitari possunt, pacta conduntur tam de rebus et factis, quam de iuribus, quo in casu pacientes ad conventionem servandam haud minus obligantur, quam si illius objectum esficerent res et facta. Cum itaque pactorum objecta tantopere sint varia, ut solummodo per pauca regulae eximi possint generali, mirum non est, quosdam quoque condere pacta super rebus, de quibus pacisci insolitum fuit tam ob singularitatem casus, quam ob commodum, quod inde exspectari potuisset, nimis exiguum. Tali extraordinaria conventione orta est *electio fori pacitiae*, de qua nobis hic differendum et de

v) ZIEGENHAGEN Diss. de obligatione foederum Lips. 1763. §. 27-35.

de cuius notione, priusquam de illius validitate verba faciamus, nonnulla sunt praemittenda. Cum summa Imperii judicia sistant potissimum eximiumque electionis fori exemplum et praeципuum singulorum Germanorum utilitatem concernant; de illis hic mihi foliommodo agendum, nec alia judicia territorialia inter se concurrentia esse immiscenda necessarium arbitror. Supra vero proposui ambo Imperii judicia suprema, nisi in casibus quibusdam exceptis, concurrentem habere jurisdictionem, penesque actorem esse jus eligendi ad quodnam fese convertere velit, sive ad Cameram imperii, sive ad Judicium imperiale aulicum. Sed huic liberae actoris electioni obstat, adeoque exceptionem a regula facit, si forte privilegium electionis fori, vel praefertim ad sit *electio fori pacititia*, qua judiciorum concurrentia sublata videtur. Illa autem ex duorum pluriumve contrahentium pacto proficitur, cum scilicet inter eosdem, vel sint privati vel status S. R. I. convenit, ut quilibet eorum omnes praesentes futurasque lites adversus alterum movendas in alterutro Imperii tribunalium prosequi debat, ita ut alterum in perpetuum a disceptatione earum litium sit exclusum; proinde definitur, quod sit *juris ex pacto concessum, omnes praesentes futurasque lites inter contrahentes obvias coram alterutro imperialium judiciorum ventilandi cum perpetua alterius exclusione*. Illiusmodi igitur conventione cessat electio fori inter summa Imperii tribunalia, et cum ea sit beneficium in cuiuslibet actoris favorem introductum, quilibet pacientium renunciat illi beneficio foroque per patrum electo acquiescit. At in eo tum contrahentes secundum eorum intentionem omnes quaecunque controversias, seu per modum simplicis querelae, seu appellationis agant, ventilare oportet, nec in ulla causarum genere, nisi forte in pacto sit exceptum, actori facultas circa forum eligendum variandum est reliqua, ita ut alterutri pacientium rei vices tenenti, si unquam alter tribunal conventione exclusum adire tentaverit, exceptionem fori declinatoriam opponere, eaque jus suum ex pacto quaeftum tueri liceat. Quibus ex dictis nemo non facile intelligere potest, quod tale pactum de electione fori inter privatos penne nunquam occurre queat, cum non solum iis natura rei, sed et constitutio Germaniae ita obstat videatur, ut tali conventione emolumentum nullo modo exoriri possit, ideoque illius exemplum nondum exi-

existat. Ast minus obstat principibus seu statibus Imperii, ne tale pactum vel cum alio statu vel cum statibus suis territorialibus condant, eoque in disceptandis controversiis alterutrum Imperii tribunalium in perpetuum excludant. Id quod fieri potest non solum in singulari conventione, transactione aliquo id genus modo; sed et in pactis familiarum illustrium inter se confectis, recessibus provincialibus etc. Sim autem status Imperii cum alio statu vel princeps cum statu territoriali de electione fori inter summa archidiaconaria pactus esset; solummodo obligantur contrahentes, nec pactum alias personas unquam adstringit, quod quidem ex pactorum natura sequitur.

§. IX.

Ut vero ostendam, non solum dictas confici posse conventiones, sed et eas revera existere; nonnulla mihi licet asserre exempla electionis fori pacitiae, quea in quibusdam statuum Imperii pactis interest conditis occurunt. Sic invenitur illustre illius exemplum in transactione w) inter electorem Colonensem et civitatem Imperii Colonensem de A. C. MDCLXXII, ubi inter alia sancitur: "Auf daß auch „fünftens allen zwischen oft höchstgedachten Ihrer Churfürstlichen „Durchlaucht und besagter Stadt Cölln sich enthaltenden Streitigkeiten „beständig abgeholzen und diese Securitaet dadurch umb so viel we- „niger gekraenkt werden moege: So sollen alle und jede hinc inde ha- „bende Praetensionen und Ansprüchen, dieselbe seyan in wirklicher Litis- „pendenz oder nicht, was Namen sie haben koennen, und wo sie auch „herrühren, vor dem Kaiserlichen und des Heyl. Röm. Reichs Cammer- „gericht zu Speyer, nach Anleitung des in Ao. 1654 aufgerichteten „jüngern Reichsabschieds in denen allda vorgesriebenen sechs perem- „itorial Terminen ohne Zulassung einiger in gemeltem Reichsabschiedt „verbottener Prorogationen oder Dilationen, aufs kürzeste ausgeübt, „und zwar in specie in dem termino probatoriali beiden Theilen an- „nehmliche Commissarii ad examinandum testes, ad Productionem et

Trans-

w) apud GASTELIUM de statu publico Europae c. 32. p. 919. et du MONT nouveau recueil des Traités de Paix. Tom. IV. p. 289.

Transmutationem Documentorum vel inspectionem Loci, und sonst
 „benannt, und solche Commission von denselben in beider Theilen
 „Gegenwart in loco, nemlich dah die documenta vorhanden, als
 „seye zu Cölln oder zu Bonn, verrichtet, Ihre Keyserl. Majestät
 „auch allerunterthaenigst ersucht werden vor wohlgemeldtem Kammer-
 „gericht ernstlich anzubefchlen, das dafselbe sohane Streitigkeiten nach
 „obiger Anleitung laengstens innerhalb fünf Jahren Zeit a die institu-
 „tae querelae erörtere und decidire, und soll die wirkliche Execution
 „des judicati a die Publicationis, nach der Sachen Wichtigkeit, in-
 „nerhalb drey oder laengstens innerhalb sechs Monathen Zeit gesche-
 „hen, auch die in diesem articulo benannte Zeit alfo observirt wer-
 „den, und dafern über Verhoffen durch eines oder andern Theiles
 „Verschulden solche Zeit vergeblich verlaufen würde, dem infolgen-
 „den Theil bevorbleiben, sich entweder bey diesem Vergleich ferner
 „zu halten, oder sonst sich seines Rechtes dermaßen zu gebrau-
 „chen, gleichwie Er vor Aufrichtung dieses Vergleichs thun koen-
 „nen und moegen.“

§. X.

Aliud nec minus memorandum pacti de electione fori exemplum
 se sifit inter Germaniae principem ejusque status territoriales, puta in
 pactis inter Ducem Megapolitanum atque ciuitatem Rostochiensem ini-
 tis de A. C. MDLXXIII. ubi inter jurisdictionem in causis Rostochien-
 sis concernentia sequentes hoc spectant passus “Haetten aber Ihre
 „Fürstliche Gnaden wider Bürgermeister, Rathmann und Gemeine da-
 „selbst einige Klage oder Action anzustellen; so wollen Ihre Fürstliche
 „Gnaden solches in erster Instanz vor dem Kayserlichen Cammergericht thun
 „und fürnehmen; und damit das Cammergericht dieselbige Sachen an-
 „zunehmen sich nicht verweigere; soll diese zwischen Ihren Fürstlichen
 „Gnaden und der Stadt Rostok hierüber getrofne Vergleichung an er-
 „regtem Cammergericht gebührlich von beyden Theilen insinuirt und
 „kund gethan werden.” Item “würde aber der Rath allein, oder der
 „Rath und die Gemeine zugleich wider die Landesfürsten etwas verbre-
 „uchen, so wollen Ihre Fürstliche Gnaden sie derowegen am Kayserlichen
 „Cammergericht besprechen”. Et porro... “Da dann der Rath von ge-
 „sproch-

„sprochnem Urtheil appelliren wollte; soll zu des Kaiserlichen Cammergerichts Erkenntniſſen, ob auf denselbigen criminal Fall die „Appellation statt habe; und die Sache am Kaiserlichen Cammergericht „angenommen werden möge“... In sequenti recessu de A. MDLXXXIV. haec continentur §. 64. „Und sowohl dem Rath, als Rostokischen Bürgern frey stehen von der Hofgerichtsurtheil,... an das Kaiserliche Cammergericht zu appelliren“... §. 65. „So soll auch die Execution des appellierten Urthels, bis dasselbe am Kaiserlichen Cammergericht bestätigt wird, eingestellt werden“... §. 83. „Und das die Urtheile, die hierüber ergehen, sie seyen von dem Rath zu Rostok, im Hofgerichte, oder an dem Kaiserlichen Cammergericht gesprochen,... zu exequieren gelassen und befohlen werden.“ Ex hisce passibus, tamen si de tribunali supremo altero ejusque exclusione plane nulla facta sit mentio, tamen electionem fori pactitiam prodire, voluntatemque pacis centrum omnes lites disceptandas ad Cameram imperialem exclusive deferendi patere videtur. Alia ejusmodi pacta non solum mihi sunt plane incognita, sed et data opera investiganti nulla obvenerunt, quod tamen parum praedjudicat, cum illis ex adductis exemplis forma et talium conventionum satis liqueat natura.

§. XI.

Explicata nunc et notione et electionis fori pactitiae existentia, dispiciendum jam nobis erit num tale pactum legitime consici possit, an forte potius ob praecuditum aliqui inde descendens omni careat validitate. Pruisquam autem ad quaestionis responsonem accedam, ad distinctionem recurrentem esse, ne in posterum perverse intelligar, necessarium judico. Longe enim alia est ratio pacti de electione fori inter duos pluresve principes Imperii ad vitac tempus initi, et ipsius, quod in perpetuum conditur, ita ut non inter ipsos solum valeat, sed et ad successores in principatu transire debeat. Priori in casu si illud solummodo contrahentes adstringere, nec ad successores spectare, vel diserte expressum est, vel tacite ex eo concludi potest; tunc nihil ipsi obstat, sed eidem potius omnimodam tribuendam esse validitatem erbitur. Cum enim omnia pacta a conscientibus servari debere, me non

non monente, liqueat; cum porro tale pactum electionis fori tertio neque noceat, neque prospicit; inde sequi debet, illud omnino esse validum, atque neminem paciscentium pro suo arbitrio ab illo recedere posse, quam diu per leges imperii contrarium non sit cautum. Nec obstat praejudicium unius alteriusve archidicasterii, cum in cujuslibet actoris positum sit lubitu, in quonam judicio alterum velit convenire, neque prohibito pacti de electione fori aliquid expeditat, quod consentiente utroque paciscente in omnibus controversiis semper, quisquis actor sit, modo forum adiri potest electum; et alterius quoque parum intererit, an a cognitione paucarum, quae forte viventibus contrahentibus inter eosdem occurrent, litium exclusum sit, nec ne, ideoque iis detrimentum inde descendere dici non potest. Hinc, ut aequam sequamur sententiam, electio fori pactitia inter ipsos, qui eam statuerunt, principes omni gaudet validitate, nec ulla ratione legibus juriique tertii quaefito contraria haberi potest. Quod vero ad pactum de electione fori *in perpetuum conditum et ad successores transitorum* attinet; hocce neutiquam valere, inque praejudicium alterutrius tribunalis Imperii, ut et successorum paciscentium vergere opinor. Illius argumenta exponere sententiae et, quantum pro imbecillitate ingenii fieri poterit, illustrare animus est, ideoque sequenti sectione electionem fori inter summa Imperii judicia pacto a statibus S. R. I. litigantibus in perpetuum definiri haud posse tam ob praejudicium tribunalibus Imperii inde inferendum quam ob restrictionem juris quae sit successorum legumque analogiam ostendere licet.

SECTIO

SECTIO II.

De pacti inter status S. R. I. litigantes, quod super alterius summorum Imperii tribunalium electione cum perpetua alterius exclusione condiderunt, invaliditate.

CAP. I.

De tali electionis fori pacto ob praejudicium summis Imperii tribunibus inde descendens non valido.

§. XII.

Omnia pacta et conventiones, quae inter duos pluresve in republica ineuntur, ita confici oportere, ne in unius alteriusve incommodum vergant, sed potius ut reipublicae saluti, quae suprema lex esse debet, quam maxime sint respondentes, negari haud potest. Ad huncce vero finem obtainendum sane pertinet, cives omnia pacta inter se se condenda secundum legum naturalium atque positivarum praescripta, sine quibus societatis nexus nullo constare potest modo, confidere. Cum vero prima juris naturalis et positiui sit regula: neminem laede; cum porro in omnibus negotiis peragendis, ne alteri inferatur detrimentum, quilibet caveat; hinc quoque omnia pacta et conventiones ita esse ineundas necesse sequitur, ne in alterius, quisquis sit, praejudicium vergant, jurique ullius quaesito quomodounque noceant. Quam ob caufam cum pro alio regulariter pacisci nemini liceat, pactaque strictae sint interpretationis; hinc iis, qui non pepigerunt, nec nocent, nec profundit in illis, quae ad amissionem vel juris cuiusdam quae sibi deminutionem spectant, omnino sunt invalida. Quaelibet enim obligationes ad id inventae sunt, ut quisque agat, quod sua interest, non quod alterum, qui haud paciscitur, concernit. Firma igitur stat regula quod omnia, quae in pactis et conventionis determinantur in alterius non paciscientis praejudicium ejusque

O C O M M U N I T A T E S I C U R A T I O N E S I U R I S

juris quaesiti imminutionem, sint invalida, nec non habeantur pro non scriptis. Sed et hoc pertinet cujusdam *renunciatio*, tanquam species paci, quae simulac in alterius sit detrimentum, non valet, et licet liberi sit arbitrii, in dicto tamen casu admitti non potest.

S. XIII.

Dictum est in praecedentibus, concurrentem summis Imperii tribunalibus esse jurisdictionem, omnibusque in rebus non exceptis actori competere fori electionem, num adversarium in Camera imperiali, an in Senatu aulico convenire velit, qua quidem concurrentia oritur judiciis Imperii *jus quaesitum*. Sub hocce intelligi vero debet *jus speciali titulo adquisitum*, *quod non ex sola libertate naturali obinet* ^{x)} ideoque nemini illud infringi potest, nisi forte conservatio universi cum jure singulorum in collisionem veniat. Cum igitur tribunalia Imperii aequali eandem rem controversiam sive litem disceptandi jure non ex sola quidem libertate naturali, sed ex speciali gaudent titulo, puta, beneficio Caesarisque concessione ^{y)}, sub cuius nomine et autoritate jus dicere tenetur; nemo potest non considerari, concurrentiam judiciorum imperii constituere *jus eorum quaesitum*, vi cuius facultatem in omnibus rebus non exceptis cognoscendi et decidendi, in qua ne ullo restrictionis et prohibitionis modo impediatur, optumo praezendere possunt jure. Sin autem ista architribunalium Imperii concurrentia, nullo obstante dubio, solum ex juris quaesiti consideranda est ratione; si ex eadem controversias inter statu ortas et oriundas aquo jure ad utrumque, ita ut actori semper competit fori, in quonam movere velit litem, eleccio, pertinere constat; absque mea ad minitione cuique omnia adversus hocce jus quaesitum suscepita haud valere liquet. Quemadmodum igitur judicia Imperii quamlibet illorum jurisdictionis restrictionem susserrae haud tenentur; ita magis adhuc iis pacta, quibus alterutrum omni cognoscendi et decidendi controversias inter pacifcentes obvias potestate in perpetuum privatur, odio esse, ideoque nunquam permitti oportet. Praejudicium enim quam gravissimum

^{x)} ill. PÜTTER institut. jur. publ. §. 119.

^{y)} I. I. de RAMPACH palaestra S. R. G. I. architribunalium, Tit. 25. §. 41.

inde iis descendit, cum unum alterumve tali pacto in causis statuum pacifcentium in perpetuum reddatur incompetens, planeque excludatur, ita ut per frequentiora id genus pacra tandem non totius Imperii Germanici, sed modo partis illius judicium esse videretur, quoniam illi potestas controversias plurium statuum disceptandi pro omni futuro tempore est ademta. Ideoque ejusmodi pacto concurrentia summorum tribunalium tot legum Imperii, ut supra ostendi, sanctione, tamque constanti observantia confirmata plane auferuntur, magnumque jurisdictioni, qua utrumque praeditum est, praejudicium imminet, si forte conventio super electione fori valida aessimaretur, eoque juri communii, quod electionem fori semper relinquit actori, derogaretur. Quanam ex ratione Imperii tribunalia certissime juri suo quaesito in omnibus litibus cognoscendi magnum inferunt detrimentum, nec non sui ipsorum auctoritati et dignitati admodum praejudicarent, si tali electionis fori pacto quiescentia in arbitrium liberamque voluntatem ponerent litigantium, quodnam Imperii tribunal isti in suis controversiis reddere competens, vel ab omni earum cognitione in perpetuum plane excludere vellent. Nulla quoque habita pacifcentium intentionis, quem ad finem unum tribunal, altero excluso, eligunt, ratione; semper tamen vergit in praejudicium juris quaesiti et immunitationem tribunalium Imperii auctoritatis, si quis in antecessum competentiam alterius illorum in perpetuum definire, eoque concurrentiam inter eadem per leges et observantiam a seculis stabilitam cessare facere posset. Quae quidem sententia mihi eo magis arridet, quoniam restrictio jurisdictionis summorum Imperii tribunalium generatim et in regula est plane illicita, nec unquam status Imperii exceptions a legibus ab Imperatore totoque Imperio latis pro libitu flatuere valet. Certo certius illae enim leges, ut universae membra Imperii obligent et ad salutem publicam spectent, non vero ita feruntur, ut in cuiuslibet singuli status arbitrio possum sit ab iis recedere vel pro libitu contraventiones constitueret, nisi consensus eorum, quorum interest, scilicet Imperatoris et statuum, inque nostro casu summorum Imperii tribunalium, quibus quam maxime praejudicatur, accedat.

§. XIV.

Pacto electionis fori jurisdictionem Imperii archidicasteriorum restringi, nec non eorum concurrentiam tolli, in *Spfo* praecedenti proposui. Quod autem ea ex ratione impugnare quis posset, cum inter duo judicia concurrentia nullius jurisdictione fundata nominari queat, donec electio fori ab auctore facta sit eoque in causa illius litigiosa competens dici posset. Quamdiu igitur electio nondum facta, quae sine contradictione est penes auctorem, tamdiu etiam jurisdictione tribunali Imperii neutquam locum habeat, nec in certa, quae nondum electum ad forum sit delata, causa jus quae situm contendit possit. Id quod si de singulis afferitur controversis; si in qualibet una alterave causa ante factam electionem duorum judiciorum concurrentium neutrum pro competenti foro reputari posse quis propugnat, lubenter concedo, nec partes de quadam lite singulari orta ad alterutrum judiciorum Imperii deferenda inter se convenire, eoque alterum in eadem causa incompetens reddere posse, insicias ire cupio. Longe autem alia est ratio illius super electione fori inter summa Imperii tribunalia pacti, quod *pro omnibus praesentibus ac futuris controversis* inter duos status obviis et quidem *in perpetuum*, ita ut post eorum decessum adhuc valitum sit, conficitur. Eodem enim condito non competency unius Imperii tribunalis duntaxat determinatur, sed potius alterutrum plane incompetens redditur et a cognitione omnium inter pacientes eorumque successores occurrentium litium in seculo seculorum excluditur. Sic ratione contrahentium non solum concurrentia Imperii tribunalium per leges perpetuamque observantiam, ut dictum, approbata confirmataque in totum cessat, sed et exclusi judicij jurisdictione sublata et extincta merito appellari potest. Quid enim duo judicia inter se concurrere; quid aequali jus dicendi potestate praedita dici juvat, si ea per conventionem partium ita est restricta, ut in eorum controversis amplius in perpetuum exerceri nequeat? Certissime ergo ejusmodi optionis fori pacta in praecidicium summorum Imperii judiciorum tendere, nec non illorum auctoritati et dignitati admodum contraria esse nemo negabit; atque si ea magnam conservationis sui ipsorum jurisdictionis curam intendere, omniaque illi adversa in partis et reces-

recessibus territorialibus obvia statim prohibere haud miramur; haud minus iis esse assentiendum opinor, si dicta electionis fori pacta, quae ipsis ligant manus, adque restrictionem et eorum jurisdictionis tendunt diminutionem, rescindunt invalidaque declarant. Ea enim semper obsunt auctoritati architribunalium Imperii Imperatorem et corpus statuum representantium, quibus nunquam per pacta singulorum ullum inferri debet detrimentum. Et si multae id genus conventiones in favorem unius, in praejudicium alterius judicii conderentur; evitari haud posset, quod posterius aliqua dignitatis suaे parte privaretur; quod tamen e re vel Imperatoris et Imperii, vel suminorum tribunaliū esse nemini videri potest. Hinc, puta, ob praejudicium hisce ex tali electionis fori pacto descendens sententiae hactenus defensae accedit celeberrimus J. J. MOSER ²⁾, qui quoque jus tribunalis Imperii exclusi quae situm per tale pactum sine illius consensu initum restringi, ideoque violari opinatur.

§. XV.

Sententiae, quam in antecedentibus protuli, nihil obstare arbitror, nisi quae Vir illustris J. St. PÜRTTER ^{a)}, Praeceptor meus summe venerandus, aeternoque pietatis cultu prosequendus ea de re statuit, dum ejusmodi electionis fori pactum tanquam validum agnoscit eamque inter partes litigantes in perpetuum definiri posse judicat. Tametsi quidem, quantum tam competentis judicis in hacce materia autoritas valeat, haud ignoro; ejusque ex facundissimo ore hausta incomparabilia praecepta memoria servabo perpetua; tamen, persuasum me habeo, non in malam partem eum vertere, cum aliam defendere sententiam audeo. Ne tamen viro summe colendo absque ratione et nimis audacter repugnare videar; liceat ipsius argumenta, quibus contrariam defendit, allegare deque iis modeustum afferre judicium. Primo Vir illustris electionem fori paclitiam jure esse validam affirmat ^{b)}, quod jus

²⁾ von der teutschen Justizverfassung Tom. I. p. 519. ut et III. SCHNAUBERT cum verba faceret ad Pürtter institut. jur. publ. §. 306. nro. II.

^{a)} in den auserlesenen Rechtsfällen B. II. Th. I. p. 214 - 253.

^{b)} Rechtsfälle I. cit. §. 75. p. 245.

jus eligendi forum inter plura judicia concurrentia sit jus a libero partium arbitrio dependens, nec alterutrum tribunalium concurrentium fibi ullum jus, dum optio nondum facta sit, tribuere possit. Quemadmodum igitur judicium Imperii in singulo casu exclusum, altero ab actore electo, contradicere nequeat; ita quoque ipsi nihil monendum esse, si duo litigantes in antecessum quilibet eorum actorem in omnibus controversiis item solummodo coram uno, et nunquam altero Imperii tribunali movere convenient. Quae quidem argumenta me ipsum jam supra mihi obmovisse, quilibet recordetur, nec non ita respondisse, ut ab electione fori in singulo casu non valeat argumentum ad eam, quae pro omnibus futuris casibus pacto definitur. In eo enim jus partium plane liberum est, caequo quodlibet Imperii judicium adire possunt. At pacto electionis fori in perpetuum consecuto sibi ipsis admittunt jus eligendi; et si etiam concedo tribunalibus Imperii ante factam electionem proprium jus de litibus singulis partium cognoscendi non competere; tamen nemo negabit, ipsis competere *jus concurrentiae inter se invicem quaesitum*, quod iis per tale pactum in perpetuum, coequo jurisdictione cuiilibet eorum a Caesare et Imperio totam per Germaniam demandata adimitur. Iisdem quoque rationibus corruit alterum viri doctissimi argumentum, quod nempe per ejusmodi pactum nullius tertii jus violetur, ut scilicet per pactum omnem ad summa tribunalia aditum prohibens. Cum enim jus omnes lites inter cives Germaniae quoscumque obvias ad ea qualificatas decidendi quaesitum supremis Imperii tribunalibus denegari haud possit, ideoque in singulo quidem casu, sed nunquam in perpetuum a decisione alterutrum excludi liceat; certissime pactum electionis fori illud jus judicii exclusi quaesitum omnino violare, eamque ob causam minime valere plane liquet. Quae quidem violatio per unum et alterum istiusmodi pactum consecutum non magnopere elucescit; sed si illud validissimum esse accipimus; si uti uni statui Imperii, ita omnibus statibus facultatem pacisendi denegare haud possumus; si nunc permultis eorum de electione unius Imperii tribunalis in perpetuum pacisci placaret; tunc quaero, annon jus judicii exclusi quaesitum nimium violatum dici mereatur, cum forsan a cognitione plerarumque atque gravissimarum causarum inter status Imperii litigantes occurrentium per talia pacta sit exclusum, coequo ma-

ximam

xium potestatis et auctoritatis ficeret iacturam? Quibus omnibus rite et consulto perpenſis, cuilibet et potissimum supremis Imperii judicis decisionem relinquo, utrum ejusmodi pactum in ipsorum praejudicium descendens valere; an potius in violationem juris eorum, atque jurisdictionis et autoritatis diminutionem spectare, eamque ob causam invalidum esse, cendum sit?

CAP. II.

Electio fori patio in perpetuum definienda per leges Imperii nunquam sancita, nec a summis Imperii tribunalibus ut valida agnita est.

§. XVI.

Plurima statuum Imperii Germanici publicum concorrentia vel per leges universales determinationem receperunt, vel ex observantia, normisque consuetudinariis sunt introducta. Dum ex iis adhuc causae controversiae decisionem haurire possumus, nec non, quid justum sit circa rem quandam, singulari lege vel observantia definitur; ad nullum aliud remedium recurrere nos oportet, quod decisionem cauſae nobis praebere deberet. Cum vero in illa quadam legi singulari vel observantia nos videmus deſtitutos, *ex comparatione cum alia re simili legibus aut observantia definita per consequentiam decisio colligi debet* ^{c)}, quae deductio juris ex comparatione analogia juris vocari follet. Quae cum in legibus expressis tanquam valida decidendi norma sit approbata, procul dubio in jure publico quoque deficiente lege expressa vel observantia, validam praebet circa rem controversam decisionem, modo secundum regulas artis fit instituta. Licet proſtet immensus ille aliarum super alias acervatarum legum publicarum cumulus, neque careat multitudine observantiarum in Germania receptarum; me tamen esse quidpiam lege observantiae super electione fori paci-

tia

^{c)} L. 12. D. de legibus "Non possunt omnes articuli singulatum aut legibus aut scitis comprehendendi; sed cum in aliqua causa sententia eorum manifesta est, is, qui jurisdictioni praefest, ad similia procedere atque ita jus dicere debet" L. 13. 27. D. eodem.

tia determinatum plane fugit. Incumbit itaque mihi onus probandi ab analogia juris publici prorsus alienam fore electionem fori pacitiam.

§. XVII.

Praecipuum, quod hoc referri meretur, exemplum analogicum constituant *privilegia electionis fori* olim in jure publico Imperii nostri usque ad ea tempora, quibus post ferale illud triginta fere annorum bellum de pacanda iterum Germania pacis consilia Monasterii aequae ac Osnabrugae tractabantur, ignota. Jam dudum enim status Evangelici impugnaverant autoritatem et judicandi facultatem Consilii imperialis aulici a Divo Ferdinando I. Imperatore iterum restaurati, quod experientia edociti erant, illud non aequam inter ipsos et Catholicos administrare iustitiam. Tempore igitur istius pacificationis consilia agitabant, eaque publice proponebant, ut duobus Imperii tribunalibus duo adhuc adjicerentur et jurisdictioni judicii aulici in posterum solumente subessent circulus Austriacus cum Bavario, quo ipso sane Protestantes hujus celsissimi judicij potestatem juris in se dicendi plane sustulissent. Verum cum haec de augendis Imperii judicis consilia Caesaris et statibus Catholicis minus arridenter, neque magis illis placaret, quod omnis inter ea concurrentia prorsus tollenda esset, status Evangelici aliam inierunt viam, qua partium studium, cuius Senatum aulicum insimulabant, ea medio tollere sperabant. Inter alia postulata apud ill. Dn. de MEIERN exhibita occurrebat illa memorabilis clausula *d)* ex consilio potissimum Thumbshirnii, legati Saxo Altenburgensis concepta hisce verbis: "Donec autem consilium hoc aulicum hunc in ordinem redactum erit, concurrentia modo tacta (scil. amborum Imperii tribunalium) maneat in suspenso. Esi vero omnes Imperii status tam consilio aulico, sub conditionibus supra positis, quam Cameracae imperiali subsunt, tamen cum aliis Camera, aliis Aula propinquior sit, unicuique reo conuento liberum efflo, in causis concurrentiam admittentibus, vel hanc vel illam pro foro eligere, prout cujusque rationibus commodius visum fuerit, vel hic vel ibi litem intentatam excipere. Acta, quae vel in Aula caesarea vel in Camera Spirensi hucusque ventila-

d) in act. pac. Westphal. T. III.. L. 25. §. 13. no. I. p. 99.

tilata sunt, arbitrio reorum propediem ad locum judicij novi Camer-
alis remittantur celsante de iis Consiliū aulici jurisdictione." Vides
hic primam, quantum equidem scio, in actis Imperii publicis men-
tionem privilegii *electionis fori*, quale status Evangelici in futuris pa-
cis tabulis sibi suisque cunctis reliquis constatis pacisci volebant. At
vero posteaquam Saluus hanc Evangelicorum declarationem cum le-
gatis caesareis communicaverat, hi adinodum aegre ferebant Protestantum
postulata et in primis Trautmansdorfius acriter carpebat praeten-
sam *electionem fori* arbitrio reorum relinquendam. Tametsi Evange-
lici tandem modo pro inferiori circulo Saxoniae ob loci distantiam
aliasque rationes concedi postulaverant, ut arbitrio relinquatur, utrum
in Aula caesarea, an in Camera item velint suscipere; tamen Caesa-
rei de sententia scimel concepta ne unguem quidem recedentes solum
istiusmodi privilegium electionis fori coronae Sueciae auguslaeque do-
mum Brunsvico-Lunenburgensi concedebant, nulla alia ratione, quam
quod aliter ad pacem accedi non poterat optatam. Quibus omnibus
in actis pacificationis longe prolixius expositis neminem, ut opinor, fu-
gier, quantopere *concurrentia supremorum Imperii tribunalium a plu-*
rimis statibus sit defensa, nec per privilegium electionis fori ulla ex-
cepio a regula, quod semper astori competit electio, concedi velle,
nisi duobus statibus alia commodiore satisfactione vel compensatione
non placandis.

§. XVIII.

Jam, quae in ipsa pacis Westphalicae tractatione circa electionis
fori privilegium ejusque impugnationem acciderunt, sufficienter pro-
latis, dispiciendum nunc erit, quid ratione illius in subsequentibus
universalibus comitiis factum et a statibus Imperii contradictum sit.
Huc pertinet placitum Imperii vulgo *Reichsgutachten* in puncto emen-
danda in Imperio nostro justitiae die X. Dec. A. MDCLIII. per direc-
torium Moguntinum dictatum ^{e)}, cui inter alia sequentia fuere inser-
ta: "Beneben aber werden Ihr Kays. Majestact mit gebührendem al-

lerun-
e) de MEIERN act. comital. Ratisbonens. T. II. L. 12. §. 3. nro. 2.
P. 423 - 455.

lerunterthaenigstem Respect und ohnmasgeblich gebeten, ob Sie mit Ertheilung der Privilegiorum de non appellando illimitatorum und anderer dergleichen Privilegiien, welche ad exclusiōem et restrictionem iurisdictionis Imperii, der Staenden aelterter Privilegiien oder sonstigen praejudicium tertii austriinnen wollen, etwas an sich zu halten, Ihr allergnaedigst gefallen lassen wolten etc." Cum sequenti deinceps anno denuo super hoc placito Imperii consultationes instituerentur; privilegii electionis fori nominetenus mentio facta est; de quo ipso magna cum concitatione animorum disputatum est. Omnia autem super hacce materia ultiro citroque certata hic recensere me a scopo nūm abducet, sed exactiorem eorum cognitionem expertentes ad immortale illud Dni. de MEIERN opus alegare me oportet. Ex multis, quae status Imperii neutiquam privilegii optionis fori arrisse ostendunt, votis, nonnulla duntaxat afferre licet. Sic Passaviensis legatus monebat f) Cæsari supplicandum esse: "mit dergleichen Privilegiis, wodurch andern Staenden, und dem Cammergericht selbst nur Verlegenheit zuwachse... in etwas einzuhalten." Legatus autem Saxonius in suffragio Hennebergico afferbat g): "So waere auch noethig und nüflich erinnert worden, das Ihr Kayserl. Majestät allergnaedigst (forte allerunterthaenigst) zu ersuchen, das mit Ertheilung der privilegiorum electionis fori künftig an sich gehalten werden mochte, sitemahlen man vorhin im Roem. Reich nichts davon gewußt, auch solche die regulam juris communis, quod actor habeat electionem fori, aufheben und niederlegen." Porro Comites Franconici per legatum curiae comitum Wetteraviae sequentia in medium proferebant h): "Ferner so scheinet ingleichen der iustitiae sehr abbrüchig zu seyn, indem... dieselbe (scil. Fürstliche Haeuser) mit noch mehr von diesen (forte substituendum: vor diesem) unterhören privilegii electionis fori und dergleichen angesehen werden, welches billig einzustellen waere etc." Finita tandem statuum in comitiis disceptatione, recessu Imperii subsecuto i) sequentia inserta reperimus: "Dabey ,,,wol-

f) de MEIERN l. cit. L. 13. §. I. nro. 5. p. 535.

g) IDEM l. c. nro. 9. p. 600.

h) IDEM l. c. p. 614.

i) R. I. N. §. 116.

„wollen wir, auf der Staende Suchen und Erinnern, mit Ertheilung „der privilegiorum de non appellando, wie auch electionis fori, und „anderer dergleichen, welche zu Auffschließung und Beschränkung der „Heil. Reichs-Jurisdiction, wie auch der Staenden aelterer Privile- „gien, oder sonstigen zu Praejudiz eines tertii aurinnen wollen die Noth- „durft väterlich beobachten.“ Quae quidem iisdem verbis deinceps repetita sunt in capitulationibus Imperatorum k).

§. XIX.

Quamvis ex antecedentibus satis constet, quantum sibi concilia-
rint odium electionis fori privilegia et quantopere ea Caesari statibus-
que in exclusionem et restrictionem jurisdictionis Imperii vergere visa
sunt; exceptionem tamen, quod omnia, quae jam exposui, privilegia
electionis fori modo concernant, nec ab iis consequentia valeat ad
ejusmodi pacta, opponi exspecto. Haud quidem ignoro, omnia su-
pra prolatâ directe ad electionis fori pertinere privilegia, deque ea,
quae per haecce Imperii jurisdictioni inserunt, loqui restrictione. At-
tamen si unquam ex comparatione cum alia re simili legibus aut obser-
vantia definita decisio colligi potuit, omnino hic esse statuendum ar-
bitror, cum nihil similius exclusione et restrictione Imperii jurisdictionio-
ni per privilegia electionis fori inferenda cum ea, quae ex pacto de
optione fori ipsi inserunt, excogitari possit, potiusque praejudicium
Imperii tribunalibus ex posteriori, quam ex privilegiis obveniat dictum.
In hocce enim casu concurrentia eorum nunquam plane auferatur, neque
in omnibus controversiis, neque in perpetuum alterutrum redditur in-
competens; sed solummodo in quavis singulari causa ab actore in reum
translatum est jus eligendi, num in Aula caesarea, an in Camera im-
periali actionem excipere malit intentatam l). Hinc cuiilibet architri-
bunalium Imperii aequalis relinquitur spes in cognoscendis et deciden-
dis litibus inter status obviis, cum reuin illo privilegio gaudentem sem-
per idem Imperii judicium non electurum, sed potius pro sua commo-
dita-

k) Cap. Caef. nov. art. 18. §. 6.

l) I. P. O. art. 10. §. 12.

ditate saepe variaturum merito sit statuendum. Exstante vero electionis fori pacto in perpetuum inito, alterutrum Imperii judicium plane cessat, nec illi unquam controversias inter contrahentes occurrentes fuscipendi potestas relicta est. Quibus ex dictis supremis archidictioris *majus ex pacto, quam ex privilegio electionis fori praejudicium* descendere cuilibet liquere opinor. Sin igitur ex supra allegatis privilegia electionis fori ob exclusionem et restrictionem Imperii jurisdictionis statibus displicuisse ideoque Caesarem eadem rarissime largiri in legibus Imperii promisisse constat; eo magis credendum puto, Imperio Caesarique ex pari eademque graviori ratione pacta super electione fori in perpetuum condita nimis esse infesta, eaque propterea, licet in legibus Imperii expressis non prohibita, tamen illis ex analogia juris publici iusta atque indubitata plane adversari.

§. XX.

Invaliditate pacti electionis fori ex analogia legum Imperii, ut opinor, sufficienter demonstrata, inquirendum est, quomodo de hac materia sentiant summa Imperii judicia. Cameram imperialem, quod sciam, eam nusquam invenimus decidisse, Senatum vero aulicum sententiam ea de re interdum declarasse, quos casus brevibus hic allegare liceat. Quanquam in pactis Ducem Megapolitanum inter et civitatem Rostochiensem, uti dictum, initis Camera imperialis tanquam forum ordinarium electa, indeque causae inter eosdem controversiae coram illa plurimum sunt ventilatae; ista tamen observantia dici non potest tam generalis, ut exceptiones reperi nequeant. Sic enim non plures actiones solum a dicta civitate ad Senatum aulicum delatas, ibique mandata et processus esse decretos invenimus *m*); sed et ipse exceptionem fori per pactum in antecellum electi verbis improbabit expressis. Casus iste pro scopo nostro memoratu quam maxime dignus occurrebat anno 1766, cum ab aliqua Ducis dispositione magistratus Rostochiensis ad Cameram imperialem, centumvirorum vero collegium ad Senatum Imperii aulicum appellaverat et uteisque in iudicio a se electo appellationem introduce-

rat.

m) ill. PÜTTER Rechtsfälle B. II. T. I. §. 10-18. 55. 57.

rat. Adversus istam in Senatu aulico a centumviris introductam appellationem a parte Serenissimi ducis exceptio fori declinatoria opponebatur, dum contendebat, partim isthanc causam in Camera imperiali jam ab anno 1764 pendentem, partim omnes controversias Rostochiensis virtute antiquorum pactorum solummodo ad dictam Cameram esse deferendas. Ast nihilominus d. 28. Jul. 1766. plenarii appellationis processus "mit Verwerfung derer vom Herzege puncto fori gemachten unflatt-haften Einwendungen" a Senatu aulico decreti nec non cum mandato attentatorum revocatorio insinuati sunt; in Camera vero imperiali pars appellata adversus collegium centumvirorum mandatum de non dividendo continentiam causae rogatum obtinere non potuit n). Quae cum ita sint, ex facto Senatus aulici pro mea sententia maxime colligendum videtur, quod ipse pactum super electione fori neutiquam agnoscat, et non habita exceptionis fori declinatoriae ex eo formatae ratione illi Imperii judicio, ad quod causa sit delata, facultatem illam decidendi competere arbitretur. At Camera imperialis quoque invaliditatem ejusmodi pacti tacite agnoscere videtur, quoniam dictum mandatum decernere negavit, cum partibus illicite resiliere cupientibus sua que jurisdictione in ista causa fundata, prout dubio ipsi competit facultas decernendi mandata de non dividendo continentiam causae. In illa vero controversia, postquam secundum conclusum Visitacionis Camera imperialis istud mandatum de non dividendo connexitatem causae, nec trahendo litem in Camera imperiali cooptam ad aliud forum decreverat, Senatus aulicus ita judicavit: "Wird nunmehr nach „eingekommenen exceptionibus mit Aufhebung des unterm 28. Jul. 1766 erlassenen, und sohin weiter erfolgten conclusorum diele Appellations-Sache von hier ab, und ex idenditate et connexitate causae an das Kaiserliche bereits anno 1763. praeexistente Cammergerichtliche forum hiermit verwiesen." Quae quidem sublatio solummodo ex idenditate et connexitate causae nec non praeventione facta sententiae nostrae minime repugnat, cum per illam pactum electionis fori haud agnoscitur aliasque ab initio Senatus aulicus appellationis processus decernere non debuisse; quo facto judicia Imperii per acta electionis fori non obstringi declaraverat.

D 3

§. XXI.

n) IDEM l. cit. §. 55. 56.

§. XXI.

Cum ob arrestum a Duce tribus consulibus et duobus senatoribus Rostochiensibus impositum *ab ilio a Senatu civitatis et centumviris in iudicio Senatus aulici institueretur*; ab ipso 9 Mart. 1715. mandatum S. C. de relaxando arresto et non mutando regimine civitatis Rostochiensis decretum est hisce verbis: “— Gebieten Wir Dero Liebden — dass „Sie — alle in puncto regiminis unternomme Veraenderung und so „ferne Klaegere zu Annehmung einer ihrer uralten Verfaßung praejudic „cirlichen Regimentsform allschon gezwungen worden waeren, diese „und folches alles wieder annullire, cassire und aufhebe, mithin auch „diesfalls alles in vorigen Stand als es vor obeingeklagten Attentaten „gewesen, wieder herstelle, richte und restituire, inskünftige auch „lich allerley Arrestir- Bekümmern- und Bedrückung, dann auch aller „Veraenderung in der wohlhergebrachten Regimentsform gaenzlich „enthalte, äußere und ledig gehe, und so fern Dero Liebden sie, Klae „gere Anspruchs zu entlässt nicht gemeynet, solches gehörigen *Orts* „an- und ausführen, und sich am ordentlichen Weg Rechtern erfäti „gen und begnügen lassen solle.” Ex hocce mandato nihil aliud con sequitur, quam quod Senatus Imperii aulicus praescribendo Duci, quid ab eo fieri vellet, scilicet ne formam regiminis civitatis transmutet, nullam pætorum inter ipsum et civitatem Rostochensem quoad elec tionem fori rationem habuerit, *cum alias, se ipso non judicante, implorantes ad Cameram imperiale tanquam forum in anteceßum electum adeoque præventum statim remittere debuissent*. Contrarium vero hic statuit ill. PÜTTER o) ex verbis “gehörigen *Orts*” quibus judicium Senatus aulici ipsum intellexisse Cameram imperiale, ideoque electione fori paſſitia agnita Ducem ad eam tanquam forum electum ablegasse judicat, quod vero ob rationem modo citatam statuendum non est. Quod autem ad ista verba, in illis jacere sensum, quem Vir illustris ipsis supponit, me persuasum haud possum habere; sed ea *ambio Imperii archidiaconeria* significare euilibet patere credo. Id non ex generalitate solum verborum, cum “*der gehörige Ort*” pro Duce contra civitatem, rejecta fori electione paſſitia, sint *duo* *suprema Imperii*

judi-

o) l. cit. §. 16. p. 227.

judicia, sed et ob frequentem istius formulae, quae saepissime in suis mandatis et decretis invenitur, usum sane colligi potest. Sic e. g. neminem fore, qui nesciat, credo, litem possessorio deciso remitti isthac formula ad petitorum, indeque verbis "gehörigen Orts" actori reservari facultatem jus suum persequendi, uti lubet, vel in Camera imperiali vel in Senatu aulico. Hinc ista verba electionis fori practitiae agnitionem et approbationem indicare nequeunt; sed potius allegata summi Imperii tribunalis praejudicia eam plane esse invalidam optimo ostendunt.

CAP. III.

Successor in principatu ad padum super fori electione ab antecessore conditum servandum obligari nequit.

§. XXII.

Postquam igitur ex adductis argumentis electionem fori practitiam non in exclusionem modo atque restrictionem Imperii jurisdictionis vergere, sed analogiae etiam legum Imperii, nec non dispositioni supremorum tribunalium expressae adversari ex abundanti ostendimus; nunc videndum erit, utrum ex tali electionis fori pacto in perpetuum ab antecessore inito successor in principatu possit obligari, ita ut semper forum electum in quacunque controversia cum contrahente orta adire coactus sit. Et hic, successorem ex ejusmodi conventione neutiquam teneri arbitror, si vel maxime finxeris omnia argumenta supra allata cessare; quod quidem brevibus mihi pertractandum est. Si de hac materia colligere velis doctorum juris civilis et gentium sententias, videbis fere omnes uno ore affirmare pacta publica omnia non solum a conscientibus, sed etiam a successoribus esse in sempiternum servanda. Non obstante tamen tot tantorumque virorum autoritate minime assertum illud pro axiomate habere possum, sed potius varia eaque gravissima argumenta ipsum per iustas limitationes restringere suadent. Secundum enim distinctionem supra expositam omnia, quae realia non minantur, pacta quivis populus ac omnis regiminis successor incorrupte sarta testaque adimplere tenetur; in tantum vero realia ac dura-

tura

tura dici possunt, in quantum circumstantiae, sub quibus gentes praestanda quaedam vicissim promiserunt, eadem remanent. Eam ob causam quoque pacta personalia seu promissiva ob utriusque contrahentium interesse contracta semper sub hac clausula generali, rebus sic stantibus, inveniuntur, et utriusque genti semper relinquitur libertas dijudicandi, quamdiu ea sine reipublicae incommodo servare expediat, ideoque ab iis eveniente tali mutatione saluti publicae contraria recedi licet. Hinc multo magis successori talis licentia competit. Nam quavis omnibus iis, quae vi potestatis supremae a populo delatae ob salutem publicam summi imperantes peragunt, ipse populus consentire censatur, atque omnia quae isti ob civium utilitatem alteri genti praestare promittunt, cives observare teneantur; tamen haec summa potestas nupiam ultra vitam cujusque imperantis extenditur, sed quaelibet gens successori eandem potestatem omnia, quae ipse net regno salutaria exsilitat, patrandi credit, eandemque judicandi licentiam, quid saluti reipublicae conveniat, permittit. Hinc nulla obligatio, ea, quae ab antecessore consentanea visa sunt facienda, adimplere ipsum successorem adstringit, nisi id quoque reipublicae expedire ipse arbitretur. Hinc exceptis iis, quae constitutionibus regni praefinita sunt, omnia successoris arbitrio relinquuntur, omniaque pacta promissiva sola inveniunt fide. Ex hisce generalioribus pacta personalis observationibus et notione electionis fori pacitiae nemini latere potest, eam quoque ad pacta personalia esse referenda, *cum ex ista nulla ratione vel reipublicae vel successoribus commodum descendere queat*, ideoque sola principis pacientis persona obligetur. Et si quoque tale pactum successori expedire videtur, contrarium vero ex post contingit, nullo unquam modo per illud successor obligatus dici potest, sed semper ipsi facultas recedendi, uti lubet, relicta manet.

§. XXIII.

Priusquam vero ex jure gentium pluribus offendam pactum super electione fori in perpetuum confectum a successore non esse servandum; ex jure communii argumenta quaedam eum ex tali pacto obligari non posse illustrantia asserre licet. Exstat regula in jure com-

muni p) fundata, quod beneficio pro se introducto quisque renunciate, id est, juri suo se non usurum declarare possit, quae, cum electio fori inter summa Imperii judicia in beneficium actoris generatim sit introducta, hoc loco applicari posse videtur, ita ut ipsius arbitrio relinqui oporteat, utrum beneficio suo uti, an eidem renunciare ac proinde de electione fori in perpetuum ita pacisci velit, ne unquam litem adversus alterum contrahentium motam proferat ad forum exclusum. Tantum abest, ut veritatem illius regulae abnuam, ut potius, quatenus de personis renunciantibus sermo est, eas electioni fori sibi competenti renunciare omnibusque in litibus inter se obviis alterum Imperii judiciorum exclusive adire posse, prorsus concedo, id que ipsem supra defendi. Quomodo cumque vero fiat electionis fori renunciatio, ita tamen semper interpretanda, ne laedat jus tertii; siquidem duntaxat jura ipsius renunciantis concernit. Quodsi ergo electione fori in jure communni fundata omnibus et singulis partibus litigantibus competit, nec beneficium modo in unius alteriusve commodum introductum est dicendum; successoribus aequali ratione jure communni gaudentibus jus ex ea quae situm salvum persistit, etiam si antecessor eidem renunciaverit. Nemini enim beneficio pro se et alio introducto renunciare licet q); et cum jus eligendi forum in omni casu actoris esse constet, huic favori jurique omnibus aequali, nemo renunciare potest in praecaudicium alterius. Certa enim et firma stat regula, quod omnis renunciatio sit personalis nec personam renunciantis egredi possit r), ideoque simulac in quoddam alterius detrimentum vergat, nullo valeat modo. Quam ob rem antecessorem quidem beneficio communni pro se, sed unquam pro successore valide renunciare posse facile liquet. Quod praescertim in hacce materia statuendum est, cum electio fori inter summa Imperii tribunalia sit beneficium pro omnibus et singulis Germaniae principibus vices actoris tenentibus introductum, quod ipsis per renunciationem antecessorum eorumque pacta super electione fori

p) L. 29. C. de pacis.

q) GAIL in observ. cam. T. I. obsl. 40. MYSINGER fidg. observ. cam. cent. V. obsl. 63. §. 10.

r) CARPOV definit. for. P. II. c. 35. d. II. mro. 3.

in perpetuum inita adimi nequit. Non solum enim per ejusmodi pacta singulorum juri communi liberam fori electionem disponenti derogari), sed jus successorum ex jure communis quae situm insque nunquam adimendum tolli nemini non debet constare. Praeterea juris est expediti, quod conventio inter alios aliis neque noceat neque prospicit; nam pacta pacientium personas non egreditur. Ex quibus omnibus antecessoris, quam in suum ipsius comodum conferat, conventionem super electione fori personam pacientis solummodo obligare, nec successorem jure suo aequa lance per jus commune, et haud per beneficium antecessorum quae situm privare posse liquet, ita ut si antecessor per ejusmodi pactum jus quoque successorum suorum restrikturus, electioni fori inter supra Imperii tribunalia in perpetuum renunciasset, illud modo ratione sui ipsius pleno gauderet effectu, verum quoad successores suos non pacientes plane existat invalidum nullaque ratione obligatorium ¹⁾.

§. XXIV.

Consideratis haec tenus adductis sedula cum attentione quilibet nullo partium studio inductus pactum super electione fori initum semper esse personale, ipsique renunciantem ex renunciationis indole successorem per ejusmodi pactum obligare haud posse inficias non ibit, sed potius in controversiis cum altero paciente disceptandis successori liberum fori eligendi variandive arbitrium competere profitebitur. Quod quidem ex principiis juris gentium liceat nonnullis confirmare ita, ut ex iis quoque pactum super electione fori ad personalia esse referendum, ideoque intuitu successorum omni carere validitate appareat. Jam initio hujus capituli successorem ad pacta antecessoris promissiva sive personalia, quae modo ob utriusque contrahentium interesse sunt contracta, servanda obligari haud posse, eaque semper sub clausula generali, rebus sic stantibus consici ostendi. Si in posterum illud interesse cessat, absonum foret successori prohibere ab eodem pacto recedere, aliud-

1) Cap. 12. X. de foro competenti.

2) L. 156. §. 2. D. de R. I. "Non aequum est, cum quis in alienius locum successerit, ut ei noceat hoc, quod adversus eum nocuit, in eius locum successit."

que suo ipsius commodo ac opportunitati temporis magis conveniens inire. Cum vero quoddam pactum requisitis realis non gaudeat conventionis, cum illius utilitas duntaxat in speciali casu locum habere, neque certissime eadem pro quoconque successore in perpetuum esse possit; semper illud sub clausula, rebus sic stantibus conditum intelligi et pro lubitu revocabile esse debet. Si itaque electio fori pactitia inter summa Imperii tribunalia perpetuum atque constans commodum, quod pro mea sententia prorsus negandum, statibus S. R. I. largiri nequit, si porro quilibet populus successori eandem, qua gavisus est antecessor, potestatem omnia, quae ipsem salutaria exsiliimat, patrandi comittit; si tandem illa, ut supra ostendi, liberum in quoconque singulari casu omnium partium jus aestimari debet; nulla existare opinor dubia, quia pactum de electione fori in perpetuum conditum nihilominus sit personale ideoque successorem invitum nulla ex parte obligare poshit, sed potius in ipsis arbitrio positum sit, quodnam forum in lite sua cum altero pacifcente eligere velit, num Imperii tribunal ab antecessore electum, an alterum in perpetuum ab eodem exclusum.

S. XXV.

Conventioni antecessoris aliisque principis ob utriusque modo interesse initae successorem stare neutquam oportere ex prioribus constat; at imperantes ipsis ut opinor, in ejusmodi conventis illud a successoribus non postulant. Optime enim norunt, obedientiam populi in iis, quae ipsis placent, cum morte jubentis cesare, neque successorem ad ea, quae cum exteris in futurum patranda statuerunt, adigi posse, quod naturale principium testimonii ex pactis et foederibus gentium earumque imperantibus desumatis comprobare necessarium mihi videtur, indeque antecessorem per pactum super electione fori parem habens rationem noluisse successorem obligare apparebit. Consideres modo pacta foederaque gentium ob utriusque utilitatem inita, evolvas scripta nationum de conventionibus commercii, auxilii aliarumque omnium rerum, in archivis asservata, etclare patebit ex ipsa talium pactorum propria indole successori omnino liberam esse facultatem haec continuandi aut ab iis recedendi. In medio aevo quidem, ubi principes, quidquid ipsis in mentem subiit, omnia se pro arbitrio generali lege

perpetuo valitura sancire posse existimabant, ibi saniora juris naturalis et gentium principia ex eorum conventis non sunt eruenda. Sic hac de re adhuc. A. 1527. Henricus VIII. Angliae Rex, ut ex foedera cum Gallia patet, sensit ^{u)}, cum "ad removendam omnem ambiguitatem „materiam, quae de auctoritate contrahentium oriatur, cum princeps „in successorem non habeat jus aut potestatem, neque susceptae regiae „dignitati solus suis pactis praecuditum afferre possit" huic difficultati subvenire arbitratus sit, stipulando "quod uterque pro sua parte curet, „ut magnates et nobiles regnorum suorum domini spirituales et temporales, nec non civitates praecipuae firmissime se et successores suos „perpetuis temporibus futuris ad implendam hanc confoederationem „obligent". Docuit tamen eventus, non obstante hac cautela, illam sanctionem brevi post irritam esse factam. Sed, populis saniora de facultatibus humani generis principia nactis, jam anno 1541. in foedere ^{v)} inter Franciscum I. Galliae et Christiernum III. Daniae Reges conventum est: "Quoniam inter mortales nihil perpetuo durare potest... „satis abundeque utrius Regis oratoribus sufficere visum est, si eam so- „ciatem, quam cupiunt inter eos esse perpetuam, ad vitam utriusque „Principum sanctissimo foedere... constabilire possint."

§. XXVI.

Quo factum est, ut postea principes in foederibus ineundis naturae convenientius agere cooperint. Nam talia foedera promissiva communiter indefinite inierunt, atque facultatem revocationis eveniente necessitate jam tacite in ipsis foederum articulis recognoverunt. Sic Carolus II. Angliae Rex cum Carolo IX. Sueciae Rege anno 1661. perpetuum foederis et amicitiae tractatum serit ^{w)} ac in articulo 14to stipulatio inita est, "Si contigerit durante hoc foedere quenquam e po- „pulo aliquid contra hoc foedus moliri... fiat satisfactio." Eadem clausula usae sunt confoederatae Belgii Civitates et Rex Portugalliae 1642. ^{x)}, sicut et alii plures usque ad nostra tempora indefinite con-

traxer-

^{u)} LEONHARD recueil des Traites T. II. p. 291.

^{v)} IDEM l. cit. p. 421.

^{w)} SCHMAUSS corp. jur. gent. acad. p. 759.

^{x)} IDEM l. cit. p. 529.

traxerunt. Nonne hic clare patet, gentes tacite hanc a foedere recessendi libertatem admississe? alias enim clausula durante hoc foedere plane inutilis fuisset. Forsan tamen quis mihi objicere posset, in ipsis allegatis foederibus non cautum fuisse, ut etiam in pacientium posteros valitura sint atque ex hoc capite recedendi a foedere facultatem licitam fuisse. Atque saepe in formulis conventionum certa quaedam verba usu recepta occurunt, quae non semper ex mente contrahentium, sed tantum ex observantia quasi formularia a conscientibus inseruntur, id coequo non mirum, si quoque interdum conventionem in perpetuum initiam esse vel alia eiusmodi invenimus. Porro praeterea recentiori aevio probe distinxerunt pacientes inter ea, quae jam jure naturae absoluto vel socialia, eaque quae ex specialibus conventis debentur. Sic jam anno 1651, naturalem hanc distinctionem faciendam esse senserunt Carolus Emanuelis Sabaudiae, et sex Helvetiae Cantones y). Namn quatinus se uti initio fertur, *perpetuo foedere junxerant*, tamen circa finem expressis verbis quoad specialia foederis conventa additur *"debet ista confederatio durare per totam vitam Regiae Celsitudinis.., et praeterea adhuc quatuor annis post ejus mortem."* Quae quidem omnia non ab optimis politicis solius agnita, sed et ab omnibus Europae gentibus adoptata sunt; taliaque foedera, mutato imperante semper indigent renovatione. Cui opinioni defensae proxime accedit RICHARDUS SOUCHAEUS z) qui omnia talia foedera magis temporalia existimanda, morteque alterutrius partium expirare contendit. Ex his, omisitis aliis exemplis, evidenter constat, quod omnia pacta promissiva vel personalia, nisi ex mero cujusque novi regni possessoris arbitrio redintegrantur, plane dissolvantur.

S. XXVII.

Quoad proposta nullum inter Reges et liberas civitates discrimen faciendum esse credo: Non enim video, cur respublicae deterioris conditio-

y) IDEM I. cit. p. 637.

z) in *jure feziali* p. 215. "Henrico defuncto, cum Rex Galliae Luxemburgum invaderet, Imperator ab Eduardo ex eo foedere copias depositit, quibus praestans cum rex ex aliis nonnullis actionibus liber haberetur, satis visum est, quod foedus cum persona pacientis extinguitur."

ditionis esse debeant, et cur illae, statu rerum mutato, obligationibus ob utilitatem quondam suscepitis et per eventum odiosis factis, nihilominus tamen flare teneantur. Quoniam vero quidam ex erronea opinione omnia rerum publicarum pacta esse realia, ideoque in perpetuum dicta autem; praesertim ille usus tempus adjicendi, si foederum collectiones inspicias, a rebus publicis ortum duxisse videtur, ne ipsis ex eujuscunq[ue] generis foedere perpetua injungatur obligatio. Sic Belgi 1640, cum Regina Sueciae Christina primo in 15, postea in 40. annos foedus commercii inierunt a). Quibus fere clapsis 1679, cum Carolo XI. in 24. annos restauraverunt et sic porro. Et quamvis interdum ipsae republicae in perpetuum, sese ex incuria saeculi et contrahentium in tali foedere, devinxissent, semper tamen obligationem foederis ad paciscentis personam eas adstringere contenterunt, jureque omnem conventionem licet perpetuo eum rege quodam initam, semper rege mutato, extinctam esse affirmarunt. Sic senserunt inter alios Helvetii, qui quamvis perpetuo foedere cum praecedentibus Galliae regibus essent juncti, tamen Henrico III. mortuo, se hoc non amplius adstrictos esse, teste THUANO b) professi sunt. "Causantes Duces (cum Sancius regis legatus eos, ut in castris manerent, per foederis religionem obtulatus esset) se nulla a civitatibus suis mandata habere, et ea, quae haberent regis morte expirasse, hinc ad eas (civitates) ante omnia resendum esse censemant." Has objectiones refutare non ausus est Henrieus IV, sed nova negotiatione ea de re habita, hoc *perpetuum* sic dictum foedus cum Helvetiis *renovavit*. At abunde ex ipso gentium totius Europae assensu, probatum esse assertum: in omni foedere promissivo, in quo futurae praestationes in utriusque utilitatem promittuntur, in genere et non obstantibus adjectis perpetuae durationis verbis, terminos praescribit sola utilitas, quae exinde redundat, et cuius affirmatio successoris arbitrio relinquitur c).

§. XXVIII.

a) SCHMAUSS I. cit. p. 515 et 549.

b) in historiar. Libi. 97. c. 3. p. 793.

c) P. I. NEYRON de obligatione successoris ex foedere antecessoris. S. 2. cap. 2.

 §. XXVIII.

Quibus omnibus dictis nulla secundum jus gentium dubia admittentibus, ex abundanti, ut opinor, confirmatum est, pacta sic dicta promissiva seu personalia personas non excedere pacientes, nec ullo quoque modo successoris restringere facultatem ab illis recedendi. Cum vero cuncta ea, quae a populis Europae generatim perhibentur, haud injuria ad Status S. R. I., qui procul dubio in negotiis inter se se invicem vel cum exteris regnis tractandis ex principiis juris gentium Europaeorum sunt dijudicandi ^{d)}, applicari possunt; neminem quidem negare posse credo, omnia quae haecenus de facultate successoris recedendi a conventionibus antecessoris disserui, quoque dicenda de quolibet statu Imperii, nec excludendas esse civitates liberas imperiales. Considerant enim istae ut res publicae Germaniae speciales, quibus eadem jura ac omnibus Imperii statibus competit. Sin igitur pactum super electione fori initum, quod ex adductis cuilibet liquere oportet, promissivum, seu quod idem est, personale appellandum; nulli ex mea sententia dubio est obnoxium, quod illud inter quosunque status contractum solummodo obliget pacientes, nec ad successores principum vel civitatum Imperii magistratum transeat. Quoad posteriores potius accipendum puto, ipsarum obligationem ex tali pacto cum morte principis compacientes extingui, vel si ipse cum alia civitate Imperii pactae essent, ad conventionis extinctionem aetatem hominis requiri consuetam. Successores enim in officio magistratus deterioris conditionis esse non oportet, quam successores in principatu, quoniam contraria substituta sententia pacta rerumpublicarum perpetua, immo aeterna forent, quo disturbance maximaque incommoda orientur, nec non ratione earum distinctio pactorum in realia et personalia legibus agnita vana irritaque foret. Quibus omnibus propterea circumspectis ex ratione in hocce quoque capite exposita sole clarius elucescere audeo sperare, electionis fori inter Imperii archidiaconeria conventionem in perpetuum initam nullatenus valere nec successores pacientium ad illam seruandam adigi posse.

CAP.

^{d)} ill. PIETTER inst. jur. publ. §. 116. GRELLMANN Staatskunde von Deutschland im Grundrisse. Th. I, §. 186.

C A P . VI.

*Quod tale electionis fori pactum analogiae juris haud conveniat,
demonstratur.*

§. XXIX.

Quinquam circa quaestionem disputatam nemini ullum adhuc exstare dubium me quidem persuasissimum habeo ac contra sententiam prolatam argumenta in contrarium afferri posse non censeo; tamen ad eam firmandam nonnullas rationes ex analogia juris desuntas hoc loco recensere supervacaneum non erit, ex quibus profluet, etiam ex comparatione cum alio casu simili legibus aut observantia definito electionem fori pactitiam omni carere effectu. Quae quidem deductio ex comparatione omnino hic aliquid ponderis habere debet, cum analogiae etiam in jure publico locus sit; praesertim cum in hacce materia legibus expressis plane simus desituti. Optima, quae hoc referre possum, exempla descendunt ex pactis de non deferendis appellationibus ad suprema Imperii tribunalia initis et ex conventionalibus austriagis eadem clausula munitis. Talia enim pacta in exclusionem et restrictionem iurisdictionis Imperii tendunt, ideoque merito improbantur, uti non solum ex principiis juris publici Germanici, sed et expressis legibus desuper latis constat. Cum autem pacta electionis fori eandem cum ipsis habeant rationem, dum non nisi ad manus judiciorum Imperii ligandas in cognitione litium statuum tendunt; ex mea sententia applicationem ab uno ad alterum haud inidoneo fieri, sed potius juris publici analogiae maxime convenire est autumandum.

§. XXX.

Primo saepenumero factum esse novimus, ut status Imperii cum subditis aliisve confecerint pacta appellationis prohibitoria i. e. pacta quibus inter se convenerint, ne unquam appellationem ad summa Imperii tribunalia in causis sese concernentibus deferre, sed potius sententiis in judiciis territorialibus latis stare vellent. Ea vero pacta non legibus solum Imperii expressis plane adversantur, quae in omnibus

causis appellationem partibus relinqui volunt e), sed et juri superioris quae sitio praecjudicant, ideoque invalida nominari possunt. Cum autem Caefati legibus Imperii nil contrarii disponere licet; ea pacta etiam ejus confirmatione munita omni tamen effectu juris carere, nec quemquam ad ejusmodi pacta appellationis prohibitoria provocare posse liquet f). Argumento, quod illa in tertii detrimentum vergant, pacifcentes quidem opponunt, recursum ad summa Imperii tribunalia esse beneficium juris, jam vero quemlibet favori pro se introducto posse renunciare. At e contrario pro Caesare ea certat ratio, quod hic non solummodo agatur de beneficio partibus indulto; sed et de restrictione jurisdictionis judiciorum Imperii in illius nomine jus dicentium; ideoque talia pacta eam restringentia plane sint invalida. Speciem eorum hic constituant austriacae conventionales saepe clausulam appellationis prohibitoriam constituentes, quam tamen, ut infra ostendam, summa Imperii tribunalia non agnoscunt, licet appellationi in singulis casibus renunciare permisum esse nemo negare possit. Experientia quoque docet, facile quidem illa pacta iniiri; sed si controversiae vere oriuntur, reum austriacarum conventionalium esse immorem, mox quod celerius auxilium a summis tribunalibus sperat, mox quod litem adhuc prudenter studet g). Obstare mihi forte videtur analogia austriacarum conventionalium, quibus a partibus judices constituantur conventionales posthabitatis judicibus legalibus. At primo illos modo efficere primam instantiam, ideoque via ad suprema tribunalia semper aperta, Imperii jurisdictioni non inferri praecjudicium constat. Et tunc semper ipsi accedere debet consensus Imperatoris, quamquam inter Doctores quaestio in utramque partem agitata occurrit an nimis etiam illius consensus ad austriacas conventionales sit necessarius. Plurimi rectius affirman h) quod citra fraudem legis fieri id nequeat, et absque approbatione Imperatoris non permisum sit, pri-

mam

e) Ord. cam. P. II. Tit. 6. §. 1. et Tit. 28. §. 1.

f) MOSER teutsches Staatsrecht Th. 23. p. 309. SENKENBERG flores sparsi ad jus Austriac. § 32.

g) MOSER I. cit. p. 312.

h) TEXTOR dissert. ad R. I. N. 3. th. 19. SCHILTER instit. jur. publ. T. I. Lib. 4. T. I. §. fin.

mam instantiam ad austraegas conventionales nullibi confirmatos deferre, cum praesertim etiam R. I. N. §. 136. expresse disponat. “— und „mit Concession der Privilegien erster Instanz, oder sonderbaren Aus- „traegen auf diejenige, welche dieselbe bishero nicht gehabt, oder her- „gebracht, furters an Uns halten.” Firmum igitur ratumque est, quod in specie pacta ista ganerbica nobilitatis immediatae, in quibus Austrae- gae conventionales constituuntur, omnino confirmatione caesarea indi- geant i). Ast si ab ipsis Ganerbis pactum appellantonis prohibitorum sit initum, non pauci sentiunt, tale pactum vim habere, quod quis fa- vori pro le introducto renunciare possit, ideoque a sententia austraegali ad summa Imperii judicia locus non sit appellatio. Sic invenimus in pactis Boineburgicis id dispositum, “es solle bey dem Spruch der Er- „kohrnen lediglich sein Bewenden haben” cui consona plane sunt pacta Tannensia, unde non parum verisimile fit, contra sententiam austraegalem appellantio locum non esse, maxime cum Ganerbii illa pacta ju- ramento firmarunt, insuperque confirmatio Imperatoris acceperit. Sed videamus, quamnam sententiam Imperii judicia isto in casu foveant.

S. XXXI.

Nam cum inter Ganerbios von der Tann hac quaestione, utrum nimirum a sententia austraegali ad Imperii judicia appellatio detur, in utramque partem disceptata, tandem post adductas ab altera parte, negativam sustinente, multas rationes ad impediendum recursum a Dominis tutoribus Tannensibus delatum eset desuper gravamen ad Consilium aulicum; hoc ipsum d. 30 Jan. 1724 id decisum tulit k) “— es „ist aber des dieses judicium austraegale (sc. conventionale) betreffend „den tertii gravaminis halber Ihr Kayf. Majestact Meynung, dass jed- „wedem durch der Austraegen gerichtlichen Auspruch sich beschwert „befindenden Theile die in den gemeinen Rechten sowohl, als Reichs- „constitutionem verschenen remedia juris zu gebrauchen und an Ihr „Kayf. Majestact den allerunterthaenigsten Recurs in denen dazu quali- „ficirten Faellen zu nehmen, ohne alle Einschraenkung frey und aller- „dings vorbehalten seyn solle.” Similiter plane pronunciatum fuit A.

1719

i) ESTOR kleine Schriften St. 8. nro. 2.

k) Merkwürdige R. H. Rconclusa P. II. c. 303.

1719 d. 17 Maij in causa Rechberg contra Rechberg ♂ ... „in Erwae-
 „gung, daß demselben (sc. Ernst von Rechberg) keineswegs gebühren
 „wolle, zum Praejudiz der Kayserlichen allerhöchsten Jurisdiction den
 „recursum an die höchsten Reichsgerichte zu verbieten..“ Pariter di-
 cendum in causa comitum Imperii Friedbergæ et Trauchbergaæ, in pun-
 ctio primogeniturae, testante desuper concluso m) d. 15 Dec. 1724, ubi
 verba: „Ihro Kayſ. Majestät haben... die errichtete Primogenitur je-
 „doch salvo cujuscunque jure und mit dem Maas allergnaedigst confir-
 „mirt, daß der in dem errichteten pacto super prinogenitura articulo
 „decimo eingerückte paſsus, woselbst die Beylegung derer hinkünftig
 „in familia hervorgehenden Irrungen und Mishelligkeiten auf decision
 „gewiſſer Agnaten und andern Auspruch unabweichlich gebunden wird,
 „ausgelaffen, sondern der recursus befage derer heilsamen Reichsfazun-
 „gen an die höchsten Reichsgerichte offen gehalten werden folle.“
 Quibus ex dictis, Imperatorem pactis appellatio[n]is prohibitoris ob reſtri-
 ctionem jurisdictioni Imperii inde inferendam confirmationem non praē-
 bere, summae tribunalia rationem eorum nunquam habere, appareat.

§. XXXII.

Tametsi quidem omnia praecedentia solum ea concernunt pacta,
 quae in restrictionem Imperii jurisdictionis in genere tendunt, nec dire-
 cte de pactis electionis fori idem dici posse lubenter concedo; tamen ad
 haecce applicanda esse ex regulis rectae analogiae cuilibet, ut opinor, li-
 quere debet, cum omnis jurisdictionis Imperii restrictione sit odiosa, pacta-
 que electionis fori eximiunt istius restrictionis speciem constituere nemo
 negare possit. Nec dubitandum puto, quin summa Imperii tribunalia
 ista electionis fori pacta si talia super ea condere magis esset consuetum,
 ex eodem restrictionis jurisdictionis fundamento reprobarent, qua ra-
 tione simul evitaretur iste inter ipsa conflictus jurisdictionis invitus atque
 perniciosus, cui certissime per frequentiora istiusmodi pacta insigne ad-
 deretur augmentum. Forsan quibusdam in totum mihi assentientibus
 esse videtur exceptio a regula, si pacta electionis fori caesarea confir-
 matione essent munita, ut tunc gauderent validitate. At ex mea feren-

F 2

tia

^{l)} BURGERMEISTER in cod. diplom. T. II. p. 1114.

^{m)} MOSER teutsches Staatsrecht Th. I3. p. 328.

tia ne in isto quidem casu exceptio statuenda, cum confirmatio superioris non solum negotio stricto jure invalido tribuere non possit validitatem — non enim dat jura, sed ea, quae sunt, firmat — sed nec a Caesare quidem adverlus leges Imperii et jus summorum tribunalium quae situm quid disponi queat. Quin hisce omnibus etiam neglectis tamen a successore ejusmodi pactum non foret servandum, atque in illius praejudicium nec confirmatio Imperatoris vergere potuerit. Sic omnia colligendo, quae hujus opusculi illustrationi et demonstrationi inservire possunt, jam abunde probatum esse puto assertum: omne pactum super electione fori inter summa Imperii tribunalia in perpetuum confectum laborare infirmitate atque nullitate, ita ut nec Imperii archidicasteria in dijudicando illius rationem habere, nec successorem ipsi ab antecessore inito stare oporteat.

CAP. V.

Sententia in Camera imperiali d. 12. Maji h. a. publicata non obstat principiis haecenus defensis.

§. XXXIII.

Cum jamjam hucusque pervenissem, atque in eo esset, ut huic opusculo finem imponere haud dubitarem; mihi demum in conspectum venit ista sententia in Camera imperiali lata et d. 12. Maji h. a. publicata, quae primo quidem intuitu iis, quae in antecedentibus rectiora magisque probabilia esse statui, prorsus obstat, pactumque super electione fori inter summa Imperii judicia in perpetuum initum comprobare videtur. Quod vero ex illa sedula cum attentione perlustrata non pro mea solum opinione directe non prodit, sed et ex circumstantiis, quae circa illam occurrent, recte colligi non posse cuilibet facile intellectu erit. Quod ad animadvertisendum, dictam sententiam illiusque occasionem enarrare, brevibusque modestum de ipsa ferre judicium mihi licet. Ex prioribus n) quilibet in recenti tenebit memoria transactionem illam inter Electorem Colonensem et Civitatem Imperii Colonensem, qua inter alia loco supra allegato convenit, ut omnes controversiae hinc inde inter eosdem obviae, ad decisionem Ca-

n) Vid. §. IX. dissertationis nostrae.

merae

merae imperialis deferrentur. Quamvis autem tali modo electionem fori paclitiam inter summa Imperii tribunalia a transigentibus in perpetuum definitam esse, ex verbis adhibitis prōdire videatur, ideoque Camera imperialis tanquam forum in antecessum electum, cognitione Senatus aulici in sempiternum exclusa, facultate cognoscendi et decidendi controversias inter transigentes occurrentes pro omni tempore gaudere debuisset; experientia tamen docuit, illos litigantes nulla habita paci super electione fori initi ratione, mox Cameram imperialem, mox Senatum aulicum pro lubitu adiisse, eademque frequentiori varia-
tione utrumque nullum illi electioni fori paclitiae inesse effectum ex-
siliasse. Cum vero dicta Civitas imperialis A. 1607. ratione stapulae sibi competentis citationem adversus quatuor Electores Rhenanos in Ca-
mera imperiali impetrasset; hi autem exceptiones Austraegarum, inter-
que alia quoque causam vectigalis exclusive ad Senatum aulicum per-
tinere opposuerint, ipsa, citatione relictā, ad hunc sece convertit per
viam mandati, cui impetrato Elector Coloniensis rursus opposuit ex-
ceptionem fori ex adducta transactione, quam vero Senatus aulicus
per paritoriam d. 30. Oct. 1717. verbis “*rejectis exceptionibus tam fori
declinatoriis*, quam aliis “*repudiavit*, quo factō tota requievit causa.
Postquam nonnullos abhinc annos civitas trutinam publicam *vulgo
Frachtwaage* condidit; Elector Coloniensis de hocce instituto quiescens
est ex fundamento novi vectigalis in Camera imperiali et mandatum de-
demoliendo novum opus impetravit. Qui vero civitas illud institutum
stapulae annexum arbitrata opponebat exceptionem litis in iudicio auli-
co praeventae. Quo factō Elector istam causam citationis puncto Sta-
pulae in Camera imperiali ventilatam huic causae trutinam publicam
concernenti ad registrari petiit, indeque litem prius in iudicio Came-
rae praeventam pronunciat. Simul dictam tradidit transactionem,
virtute cujus litem ad Senatum aulicum deferri neutiquam debuisse af-
firmavit. Connexitate vero illius causae per conclusum d. 7. Febr.
h. a. a Senatu aulico rejecta; in causa stapulae a supremo Camerae
imperialis tribunalii subsequens lata est sententia:

Sententia Cam. d. 12. Maii 1792. publ. In Sachen Bürgermeister und
Rath der Stadt Köln wider die vier Rheinische Herrn Kurfürsten Citat: die
Stappelgerechtigkeit betr. Ist die durch Dr. Grefs, Rotberg und Hert unterm

17. Aug. vorigen, wie auch 29. Febr. und 23. April gegenwärtigen Jahrs extra-judicialiter übergebene Suppliken und Hauptexceptional-Handlungen samt Anlagen ad Acta zu registriren verordnet, darauf Dr. Tils sein der Remission halber befcheinches Begehrum so mehr abgeschlagen, als

1) dessen Principalen selbst die Klage über das Stappelrecht in seinem Umsang mittels ausgebrachter, insinuirter und reproduzierter Ladung und übergebenen articulirten Libells im Jahr 1607. dahier anhängig gemacht,

2) der dagegen aus dem Reichabschied von 1576. eingewandten exceptioni fori und behaupteten Verweisung der Sache zu Kaiserlicher Magesität und des Kurfürstlichen Collegii Erkenntnis und Entscheidung in den Replicis und der Beschlusschrift ausführlich und aus erheblichen Gründen widersprochen, darüber zum Urtheil beschlossen, und um Verwerfung der declinatorischen Einrede und Einlaßung auf die Klage ausdrücklich gebeten; die exceptio selbst aber

3) in dem gemeldeten Reichabschiede nicht gegründet gewesen, nachdem solcher von denen unter Partheyen freitigen — in Procesform richterlich zu untersuchenden Zollsachen nicht redet, auch kein Beyspiel vorhanden, daß der gleichen hier anhängige Processe an das verlangte außerordentliche Gericht verwiesen worden; wohingegen

4) das Kaiserliche Kammergericht seine Gerichtbarkeit in Zoll- und Stapelsachen vor und nach dem R. A. von 1576. beständig ausgeübt und auf Suppliken der Stadt Kölln gegen Kurkölln im Jahre 1588. Processe erkannt hat, auch hierbei seit dem um desto anabwiclicher verblichen ist, als

5) dessen in der Kammergerichtsordnung Th. 2. Tit. 17. festgesetzte allgemeine Jurisdicition und Th. 2. Tit. 35. verbotene Avocation und Suspension der bey ihm anhängigen Processe in Ansehung der Zollsachen, in keinem nachfolgenden Reichsgesetz limitirt, sondern im R. A. von 1530. §. 92. und 93. als bekannt vorausgesetzt worden; daher denn

6) Bürgermeister und Rath nicht geziemet den freywillig von ihnen erwählten, in contradicitorio vertheidigten und darüber zum Urtheil beschloßnen Gerichtsstand eigenmächtig und unerwartet des gebetenen Urtheils aufzugeben und die hier angefangne Streitsache an eine andre Stelle zu bringen, am wenigsten aber

7) nur einen der Herren Mitbeklagten aus dem von ihnen zur Begründung der Kaiserlichen Kammergerichtlichen Gerichtbarkeit, als Grundfaz aufgestellten conforcio litis heraus zu ziehen und denselben mit Weglassung der drey andern Herrn Kurfürsten über den naemlichen hier rechtshaengigen Gegenstand bey einem andern Gericht besonders zu belangen, hierdurch aber die so oft behauptete continentiam caufae zu trennen, wo doch

8) kraft Vergleichs von 1672 alle und jede zwischen dem Herrn Kurfürsten zu Kölln und der Stadt Kölln entstehende Ansprüche, sie seyen in wirklicher Litisdpendenz oder nicht, bey dem Kayserl. Kammergericht ausgemacht werden sollen, worin sie sich in verschiednen althier anhaengigen Processe und besonders wegen des im Urteil von 1749 zur weitern Kurfürstl. Köllnischen Handlung ausgefezten Streits über die Hoheit und Jurisdicition auf dem Rhein bey Kölln, zur Begründung der Gerichtbarkeit, bezogen hat.

Aus

Aus diesen und anderen Gründen wird daher Dr. Tils mit Verwerfung der von ihm eingewandten Exception litis alibi decisae zur Einbringung dessen, was er auf die Eingangs gedachte Supplik und Exceptionschriften replicando zu handeln vermeinet, Zeit dreyer Monate pro term. et prorog. v. A. w. angefetzt, und der selbe in dieser oder nächster Audienz statt des verstorbenen Lt. Schik einen andern substitutum zu ernennen angewiesen.

Endlich werden beider Theile Anwälte sich aller unnöthigen hizigen und merita causa betreffenden Rezesse bey sonst zu befahren habenden schärferen Vorschung künftig zu enthalten hiermit ernstlich erinnert.

§. XXXIV.

Brevibus, prout pro scopo nostro fieri potuit, hisce, quae ad istam sententiam praebuerunt causam, praemissis; nunc ad illius potissimum §phi 8. explicationem transeundum et videndum est, utrum per illam electio fori paetitia pro valida sit agnita ideoque Camera imperialis recedat a principiis in hocce opusculo defensis, an potius, re attente considerata, ista decisio haud adversetur sententiae nostrae in antecedentibus prolatae. Quod vero non ex verbis solum, sed et ex sensu et ratione illius decisionis non pateat; quod ipsa electionis fori paetitiae validitatem minime agnoscat, audeo defendere, ideoque paucis veritatem mei asserti ejusque rationes afferre necessarium est. Primo enim ista sententia specialem continet casum, in quo civitas ad transactionem quidem remittitur, ita tamen, ut ex verbis adhibitis nullo colligi possit modo, quod Cameræ judicium per illud pronunciatum ratione electionis fori agnoscere velit istam transactionem, neandum eo omnia super electione fori paetia in perpetuum inita approbareret. Si forsitan hocce in casu exceptio a regula jurisdictionis Imperii tribunalium concurrentiae statui videatur; id tamen neque ex verbis, neque ex ratione illius decisionis colligi potest, sed potius ipsa debita attentione perlustrata, Cameram ex acquissima juris communis norma ita dijudicasse, nulla habita ejusmodi paeti electionis fori validitatis ratione, constat. Civitas Coloniensis enim saepius uti ex verbis: "worin sie sich in verschiedenen allhier anhängigen Proceszen... zur Begründung der Gerichtsbarkeit bezogen hat" liquet, ad ipsam transactionem provocavit, ex eaque exceptionem fori declinatoriam Elektorii Senatum aulicum adversus civitatem imploranti opposuit. Quod vero in controversia supra recensita exceptiones adversus transactionem facere conetur;

tur; non solum summae aequitati, sed et praecepto juris communis:
quod quisque juris in alterum statuerit, ut ipse eodem jure utatur o)
 omnino contrariatur. Aequissima enim illa est ratio, quam Praetor
 loco allegato subjungit edicto suo, sc. quod ipse quis in alterius perso-
 na aequum credidisset, id in ipsius quoque persona valere patiatur; quae
 hodie quoque in judiciis observatur. Enimvero cum civitas illud pa-
 ctum electionis fori pro se adductum validum sit arbitrata, idem pro
 Electore esse statuendum, neque illius ratione dictam transactionem im-
 probare civitati licuisse, nulli dubio puto obnoxium. Ex hocce funda-
 mento Cameram ita judicasse maxime mihi verisimile est, quod iniquum
 fuisset, si civitati facultas pactum illud pluribus in casibus pro se quoque
 commodo allegandi reliqua, Electori aequali ex ipso jure gaudenti tan-
 quam alteri pacisci ente denegari voluisset. Quodsi ergo Camerae impe-
 rialis judicium illud pactum super electione fori initum comprobare
 nolle; tamen id in hocce speciali casu agnoscere, passumque supra ad-
 ductum pro optima decidendi ratione in medium proferre potuit. Aliam
 vero sententiam ipsi judicanti haud fuisse, quam ut civitas eodem jure,
 quod in Electorem saepius illud pactum fori electionis pro se allegando
 statuerit, ipsa utatur, cuiilibet in illius sententiae verba atque sensum in-
 quirenti fatis liquere arbitror; cum in ipsa nulla electionis fori pacitiae
 fiat mentio, quam quod civitas ad illam transactionem ab ipsa in va-
 riis controversiis pro se adductam remittitur. Sic igitur supremum
 Camerae tribunal ex juris communis praecepto summaque aequitate in
 hocce speciali casu dijudicasse, neutquam vero validitatem pactorum
 super electione fori in perpetuum initorum eo agnovisse, ideoque mode-
 esto, quod super hacce materia tuli, judicio haud adversari credo.
 Quare ne leges dissertationis violent academicae, silum abrumpo, et si
 cui animus et otium fuerit, eam perlegere, illum submisse, officiose
 et amice rogo, dignetur aequi bonique consulere, si qua minus elabo-
 rata fuerint, veniamque dare conatui juvenis rem tanti momenti inve-
 stigantis. Tantum.

*o) Rubr. et L. I. L. 3. pr. §. 2. D. quod quisque juris in alterum sta-
 tuerit etc.*


ULB Halle

3

004 833 155



Slo



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

DISSERTATIO IVRIDICA INAVGVRALIS

DE
ELECTIONE FORI
INTER

SVMMA IMPERII TRIBVNALIA PACTO
INTER STATVS S. R. I. LITIGANTES IN
PERPETVVM NON DEFINIENDA.

QVAM

SVB AVSPICIIS AVGVSTISSIMIS REGIIS

EX AVCTORITATE

INCLYTI IVRIS CONSVLTORVM ORDINIS

PRO

SVMMIS IN VTROQUE IVRE HONORIBVS

RITE CAPESSENDIS

DIE XV. OCTOBRIS MDCCXCII

ERVDITORVM DISQVISITIONI

SVBMITTIT

SIGISMUNDVS PAVLVS HIEPE

WEZLARIENSIS.

GOTTINGAE,

LITTERIS IOANNIS GEORGII ROSENBUSCH.
Acad. Typogr.

